MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80116-7

AUTHOR: JAN, FRIEDRICH DE,

TITLE: DE CALLIMACHO HOMERI

PLACE: ANGENTORATI

DATE: 1893

Master Negative #
91-80116-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Jan, Friedrich de,
De Callimacho Homeri interprete. Dissertatio... quam...scripsit Fridericus de Ian... Argentorati, 1893.
110 p. 21½ cm.

Thesis, Strasburg, 1892.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-27-91 INITIALS G.G.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
CALLIMACHO HOMERI INTERPRETE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

FRIDERICUS DE IAN
BORUSSUS LANDSBERGENSIS

ARGENTORATI
MDCCCXCIII.

Von der Facultät genehmigt am 17. December 1892.

PARENTIBUS OPTUMIS

SACRUM.

Πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι γεγράφασιν, οἱ μὲν ἄντικρυς ἐγκωμιάζοντες τὸν ποιητὴν ἅμα καὶ δηλοῦντες ἔνια τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων, οἱ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγούμενοι, οὐ μόνον Ἀρίσταρχος καὶ Κράτης καὶ ἕτεροι πλείους τῶν ὕστερον γραμματικῶν κληθέντων, πρότερον δὲ κριτικῶν.

Dio Chrysost. LIII.

Fridericus Augustus Wolfius, antiquitatis studiorum qualia nunc colimus auctor primarius, etiam huius opusculi primum locum obtineat dignissimus. Is enim in libro illo celeberrimo qui inscribitur Prolegomena ad Homerum vehementer suoque iure conqueritur, quod de assiduis antiquorum grammaticorum studiis in Homero collocatis tam pauca habeamus comperta: *Accidit,* ait p. 198, *ut ne de primariis quidem Criticis illis, a quorum auctoritate primum hic textus noster manavit, tantum nobis supersit, quantum ad cognoscenda eorum ingenia et emendandi artem sufficiat.*

Sed quam viam Wolfius vir summus primus ingressus est, quo melius quam operam grammatici antiqui in Homero explicando collocavissent cognosceret, post illum plerique viri docti inierunt, quorum industria factum est, ut his diebus multa iam clarius dispiciamus quam Wolfius potuit. Sic Aristarchi curarum fructus Lehrsii [1]) diligentia satis clara in luce ante oculos

[1]) „De Aristarchi studiis Homericis" scripsit K. Lehrs. Lipsiae 1886.

nostros iacent dispositi. Atque quae ante Aristarchum consecuti sint in Homero recensendo et explicando viri docti, etsi omnino obscuriora sunt, tamen non desunt qui in hanc quaestionem illustrandam operam impenderint. Sic Augustus Nauckius Aristophanis Byzantii curas collegit Halis 1848; Mayhoffius scripsit De Rhiani studiis Homericis Dresd. 1869; Apollonii Rhodii studia in Homero collocata monstravit Rudolphus Merkelius in prolegomenis ad Apoll. Rhod. Lips. 1854, atque quantum ad verborum significationem pertinet, egit praesertim in libri II. cap. 3. Praeterea autem pauca attulit nuper R. C. Seaton in Journal of Philology XIX 1891 p. 1 sqq. on the imitation of Homer by Ap. Rh. Idem Apollonius quid de Zenodoti lectionibus iudicavisset, collegit Ioannes Michaelis De Apollonii Rhodii fragmentis Halis Saxonum 1875 pp. 23—40. In Zenodoti autem *διόρθωσιν* cognoscendam operam contulerunt Duentzerus De Zenodoti studiis Homericis Gotting. 1848, Roemerus Über die Homerrecension des Zenodot, Monach. 1885, alii quos apud Michaelim l. l. p. 18, 2 invenies allatos. Longius autem regressus est Maximilianus Bodenheimer qui scripsit De Homericae interpretationis antiquissimae vestigiis nonnullis, Argentorati 1890, qua in commentatione id egit, ut demonstraret, quo modo praesertim poetae tragici interpretati essent reconditiora vocabula Homerica.

Callimachus autem vir omni doctrina abundans quae effecerit in Homero explicando nondum fusius tractata sunt. Egit sane Aulinus in dissertatione Upsaliensi De elocutione Callimachi scripta 1856 p. 18 sqq. de Homeri imitatione, sed locos ille quidem tantummodo attulit nonnullos, ubi Call. eum imitatus est, non quaesivit, quibus causis commotus aut qua ratione imitatus esset. Si autem Callimachi quae fortuna servavit carmina perlustramus, iterum atque iterum apparet, quan-

tam ille poeta vere Alexandrinus singulis versibus, ne dicam verbis, intexuerit doctrinam idemque occultaverit. Nam huius aetatis poetae, cum non solum poetae, sed etiam grammatici essent, eodem tempore opinati utroque se officio fungi posse, usi sunt poematis, in quibus exquisitam scientiae suae deponerent copiam [1]); hoc autem saepius non ita faciebant, ut quivis primo adspectu cognosceret quid vellent, immo, cum non volgo scriberent, sed viris doctis, magnam doctrinae speciem non tam apertam exhibebant, quam reconditam tenebant. Quod cum ita se habeat, singula verba necesse est examinare et perpendere, ut intellegamus, quo consilio singula vocabula a poeta docto posita sint. Hoc autem semper tenendum est, si quis fructus operae Homericis carminibus tributae ex scriptis Callimachi colligere velit; nam ut in his Apollonium Rhodium inimicum correxit et vexavit, ut aliorum quoque virorum doctorum errores castigavit, ut ea quae in peculiaribus libris tetigerat aut tractaverat, in transitu repetivit et sententiam suam communicavit cum legentibus [2]): sic etiam si singula verba accurate recensuerimus, apparebit Callimachum praesertim in hymnis grammatici munere functum etiam Homerum esse interpretatum.

Atque hanc Homeri interpretationem e Callimacho indagare studuit iam E. Scheerius in programmate Rendsburgensi de Callimacho *Ὁμηρικῷ* 1866 scripto. Sed cum non solum multo amplius progredi possimus,[3]) sed etiam Scheerii opusculum non sine socordia quadam atque levitate scriptum sit,[4]) operae pretium mihi visum

---

[1]) cf. Kaibel. Deutsche Litteraturzeitung 1882, 1750.

[2]) cf. Kaibel l. l.

[3]) Scheerius ipse opusculo suo quaestionem absolutam perfectamque esse negavit p. 17 s. f.

[4]) Unum hic edam exemplum instar omnium: p. 23. adn. 30 comparat h. in Dian. 46 „*ὄρος κεκομημένον ὕλῃ* cum Homero ι 41 *ὄρος ἐπιειμένον ὕλῃ*“; sed nisi quis ipse hanc similitudinem invenit, his Scheerii indiciis nequaquam reperit; etenim versus Callimacheus

est hanc rem rursus tractare. Quae autem recte se habent apud Scheerium non repetivi, satis habui corrigere quae falso mihi dicta esse videbantur.

Unum dicam de Homericis hymnis. Callimachum enim hos hymnos Homeri putasse mihi non est persuasum, sed saepe eos imitatum esse primo adspectu dilucide apparet; itaque meum esse putavi etiam ad hanc rem animum attendere. Sed hoc tenendum est minime me studere omnes imitationes enumerare, sed has solum attuli, e quibus de Callimachi sententia consilioque aliquid disci possit. Omnia me hac in quaestione invenisse, quae inveniri possint, contendere non audeo. Spero autem his observationibus aliquantulum utilitatis allaturum me esse studiis non modo Callimacheis sed etiam Homericis.

Modo dixi non id me sequi ut, ubicumque Callimachum imitatum esse Homerum videamus, hos locos afferam cunctos; saepissime autem accidit, ut non solum imitetur sed etiam **imitando interpretetur** poeta doctus, idque observavi factum esse hisce locis:

I. 52. *οὖλος*.

Vocabulum *οὖλος* septies legimus apud Callimachum, quos inter locos unus est, ubi ille hac voce plane eodem modo utitur quo Homerus, dico frgm. 507 quod nobis servavit schol. B. ad Hom. *Φ* 536: *οὖλος καὶ Καλλίμαχός φησιν „οὖλον μῆτερ Ἄρηος“, ἤτοι τοῦ ὀλοθρευτικοῦ.* Spectavit autem sine dubio Call. his verbis vv. *E* 461.

Τρῳὰς δὲ στίχας οὖλος Ἄρης ὤτρυνε μετελθών

et ib. 717.

εἰ οὕτω μαίνεσθαι ἐάσομεν οὖλον Ἄρηα.

Atque etiam in h. IV. 302.

non est 46, sed 41; Homeri liber non ι sed τ, Homeri versus non 41, sed 431, Homeri verbum non *ἐπιείμενον* sed *καταείμενον!*

οὐδὲ σιωπηλὴν οὔτ᾽ ἄψοφον οὖλος ἐθείραις
Ἕσπερος, ἀλλ᾽ αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόητον

manifesto Homeri usum sequitur qui ζ 231 dicit

κὰδ δὲ κάρητος
οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.

Quaeritur igitur quo modo Call. hunc locum interpretatus sit; quod ut intellegamus, necesse est alium Homeri locum arcessere qui est α 423 = σ 306

τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν,

nam etiam hic versus sine dubio Callimachi animo obversatus est, cum scriberet h. IV v. 302, quod vel ex simili rerum conditione concicias. Ex his autem duobus locis comparatis apparet Callimachum voluisse *Ἕσπερον οὖλον ἐθείραις* esse nigricomam.[1]) Non igitur *οὖλον* in ζ 231 intellexit crispum, quamquam Scheerius p. 14 et Passovius dicunt crispi notionem habere *οὖλον* apud Callimachum in h. IV. 302; nam vesperis radii non possunt comparari cum crispis crinibus, neque, ut bene monet Doederlinus in Hom. gloss. II. p. 44 crispi crines possunt pendere *κατὰ κάρητος*. Callimachus igitur verba *ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας* ζ 231 rettulit ad colorem, qua in re plerique grammatici cum eo consentiunt (cf. Suid., Phot., Zonar. 1759), cum Eustath. quidem eadem sententia p. 1561, 13 prolata: *μελαίνας κατὰ τὸν ὑάκινθον τὸ ἄνθος*, ibid. 18 nobis servarit aliam opinionem: *ἢ καὶ ἄλλως οὐ κατὰ μελανίαν ἡ πρὸς ὑάκινθον τῆς κόμης ὁμοίωσις, ἀλλὰ πρὸς τὸ οὖλον αὐτῆς, ἤγουν πρὸς τὸ οὐλότριχον.*

Quam autem significationem Call. vocabulo *οὖλος* vindicaverit in frgm. 140

ἀμφί τε κεβλήν
εἰργμένος ἀγλίθων οὖλον ἔχει στέφανον

---

[1]) Simillimum interpretationis exemplum exstat in frgm. 290, ubi Call. B. 825 *ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο* reddit per *Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ.* cf. quae infra dixi a. h. l.

ex Homero certe intellegi nequit; etenim potest significare coronam aut densam, aut crispam, aut mollem; atqui altera significatio verisimillima mihi videtur [1]); nam brassicae quidem species enumerans Theophrastus in hist. plant. VII. 4, 4 commemorat *οὐλόφυλλον, λειόφυλλον, ἀγρίαν;* hic ex altera specie *λειοφύλλου* apparet *οὐλόφυλλον* esse brassicam foliis crispis praeditam. [2])

Iam vero *οὖλος* vocabulum explicatur etiam *ὁλόκληρος;* cf. Hes.: *οὖλον ποτὲ μὲν . . . . . ποτὲ δὲ τ' ὑγιὲς καὶ ὁλόκληρον* et simili modo multi alii grammatici quos enumerat Schneiderus ad h. II. 76, quibus addas Apoll. Soph. 124, 11 *οὖλε ὑγίαινε· ὅθεν καὶ οὐλὴ τὸ ὑγιασμένον τραῦμα.* Atque scholiasta quidem Callimachi sic etiam h. IV. 302. interpretari studet, cum dicat *ὁλόκληρος ταῖς θριξὶ, τουτέστι λαμπρὸς ταῖς ἀκτῖσιν*; quod falsum esse iam vidimus; subest autem haec significatio in h. II 76:

ἐκ δέ σε Θήρης
οὖλος Ἀριστοτέλης Ἀσβυστίδι πάρθετο γαίῃ

quo loco *οὖλος* explicatur adnotatione scholiastae adscripta ad v. 65 et ad v. 76. Hic igitur *οὖλος* dictum est *κατ' ἐξοχήν* de eo qui sanitatem nactus est. Aristoteles enim lingua recuperata sanus et quasi solidus atque integer redditus est. *Οὖλος* igitur hoc loco propius accedit ad vim formae *ὅλος*, sicut apud Hom. *ρ* 343

ἄρτον τ' οὖλον ἑλὼν περικαλλέος ἐκ κανέοιο

et in *ω* 118

μηνὶ δ' ἐν οὔλῳ πάντα περήσαμεν εὐρέα πόντον

forma *οὖλος* plane eadem ratione usurpata est qua *ὅλος*.

Iam restant tres loci, ubi *οὖλον* habere significationem magna cum intentione, vehementer mihi persuasum est; qui loci sunt:

[1]) Fortasse crispi notionem Call. statuit etiam in *K* 134 *οὔλη δ' ἐνενήνοθε λάχνη.*

[2]) Ex Theophrasto autem habet *κράμβην οὔλην* Nicander in Georgicis (frgm. 85, 3), cuius mentionem facit Scheerius l. l.

h. I. 52.

οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
ἀσπίδος εἰςαΐοι καὶ μή σεο κουρίζοντος.

h. III. 247.

αἳ δὲ πόδεσσιν
οὖλα κατεκροτάλιζον, ἐπεψόφεον δὲ φαρέτραι.

epigr. V. 5.

εἰ δὲ Γαληναίη, λιπαρὴ θεός, οὖλος ἐρέσσων
ποσσί νιν ὥστ' ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται.

Atque Scheerius quidem ut etiam Meinekius ad h. I. 52 et Schneiderus ad II. 76 vertit hoc vocabulum non secus atque in h. IV. 302 primo et tertio loco per crispi vocabulum; vereor ut maiore iure hic quam illic; nam manifesto Call. I. 52 dicere vult non alio consilio Curetas saltasse, nisi ut strepitu et tumultu inde orto impedirent, quominus Saturnus audiret infantem vagientem; quod si ita est, vocabulum *οὖλα*, si de „crispa pedum argutatione“ intellegeretur, omnino nullam haberet vim. Equidem autem non dubito, quin etiam in voce *οὖλα* Call. exprimere voluerit illos consulto crebra celerique pedum supplosione strepitum edidisse, ut vagitum Iovis celarent; atque hanc significationem vocabuli *οὖλον* hausit ex Hom. P 756.

τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν
οὖλον κεκλήγοντες.

Quo cum loco conferendus est Plut. mor. 510 F. (de garrul. 17): *καὶ γὰρ Πλάτων τοὺς τοιούτους ἐπαινεῖ δεινοῖς ἀκοντισταῖς ἐοικέναι λέγων οὖλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους.*

Huius autem loci simillimus est ille ex h. III. citatus; etenim ibi quoque Call. fusius explicat, quantum effecerint strepitum Amazones, quae armatae circa Dianae simulacrum saltarent: syringes acutae succinebant, sonus imago usque ad Sardes et Berecynthiam regionem currebat, pharetrae concussae sonabant. Inter hanc

descriptionem verba *αἱ δὲ πόδεσσιν οὖλα κατεκροτάλιζον* leguntur. Nonne — ut taceam de Scheerio qui l. l. *οὖλα* in hoc versu interpretatur per *ὀλέθρια* — de crispa pedum argutatione si interpretaris haec verba, molestissimo modo turbant sententiarum conexum? nonne optimum locum habent, si intellegis pedibus vehementer strepebant? Accedit quod iam verbum *κατακροταλίζω*, quod sine dubio est ea forma, quam nos dicere solemus onomatopoeticen, habet significationem strepitum edendi, ad quam significationem minime quadraret sententia crispi. Immo in *οὖλα* vocabulo inest causa, cur *φαρέτραι ἐπεψόφεον;* nam adeo vehementer pulsabant, ut pharetrae sonarent. Denique haec interpretatio firmatur Homeri hymno de Pane v. 20.

σὺν δέ σφιν τότε Νύμφαι ὀρεστιάδες λιγύμολποι
φοιτῶσαι πυκνὰ ποσσὶν ἐπὶ κρήνῃ μελανύδρῳ
μέλπονται· κορυφὴν δὲ περιστένει οὔρεος ἠχώ

quo loco redditum esse Callimachum haud inepte conicias.[1])

Quae cum ita se habeant, etiam in loco simillimo

[1]) Scriptorem enim hymni esse eum qui imitetur, non Callimachum hisce de causis verisimile videtur. Ac primum quidem ea est hymni conditio, ea verborum mollities et tenuitas, ut Alexandrina aetate hymnus non scriptus esse non possit: cf. praesertim v. 33 *πόθος ὑγρός*; tum qua ratione monstrosus Pan v. 36 sqq. nasci narratur vere Alexandrina est. Deinde Theocritum XVII 23 *χαίρων υἱωνῶν περιώσιον υἱωνοῖσιν* imitari videtur v. 41 *χαῖρεν δὲ νόῳ περιώσια δαίμων*, Mercurius enim gaudet filio suo; Callimachum autem novit propter formam *Ἑρμείης* v. 28, 36, 40, quae ante Callimachum non legitur, quaque hic usus est, ne magis divinum Homerum, qui solam habet formam *Ἑρμείας*, imitetur, quam fas sit (cf. infra ad h. III. 143); denique v. 15. *ἄγρης ἐξανιών* imitatur Apollonium Rhodium III. 69. *θήρης ἐξανιών*; *ἐξανιέναι* autem verbum Apollonius finxit et adamavit, septies enim apud eum legitur, alibi nusquam; nam apud Theocritum XXII 8 corruptum est. Hoc nuper in philologici seminarii disputatione duce Kaibelio extricavimus.

epigr. V. 5. puto *οὖλος* intellegendum esse de motu adsiduo vel vehementi, cum de crispi notione cogitari non possit.

Quattuor igitur notiones certo cognosci possunt vocabuli *οὖλος*, quas Call. ex Homero petivit, prorsus inter se diversae: perniciosus, niger, totus vel incolumis, strenuus vel vehemens de actione aliqua acri assiduaque. De quinta autem vi quae subest in frgm. 140 res non ita patet; conici potest eam esse significationem crispi, ipsam quoque fortasse haustam ex Homero.

I. 68. *μέγ᾽ ὑπείροχον.*

Θήκαο (Iuppiter) *δ᾽ οἰωνῶν μέγ᾽ ὑπείροχον ἀγγελιώτην σῶν τεράων· ἅ τ᾽ ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.*

Dicit Call. in antecedentibus: Te, Iuppiter vel potius Ptolemaee — nam hunc significare Callimachum nemo non videt[1]) — non tali fecerunt deorum regem, sed facta tua tuaque vis et potestas, atque ideo *Βίην* et *Κάρτος* prope thronum tuum collocavisti.[2]) Nuntium autem portentorum tuorum creavisti aquilam *οἰωνῶν μέγ᾽ ὑπείροχον* i. e. eam avem quae ceteris antecellit magnitudine forma, vi maiestate.[3]) Jam vero apud Homerum aquila Θ 247 $= \Omega$ 315 nominatur *τελειότατος πετεηνῶν*, quod quid significaret non omnibus antiquis grammaticis apertum erat; duae enim sententiae in medium proferebantur, quod videmus ex schol. AD ad Θ 247 adscripto: *τελειότατον· μέγιστον, ἢ ἐντελῆ σημεῖα φαίνοντα, ἐπιτελεστι-*

[1]) cf. Kuiper Mnem. XIX, 66

[2]) cf. Athenae. V, 201 d in descriptione pompae Bacchicae quam a Ptolemaeo Philadelpho factam narrat Callixinus Rhodius: *τὸ δὲ τῆς Ἀρετῆς ἄγαλμα τὸ παρεστὸς τῷ Πτολεμαίῳ στέφανον εἶχεν ἐλαίας χρυσοῦν.*

[3]) cf. Athenaeus l. l. 197 a in descriptione tabernaculi ad pompam illam spectandam exstructi: *κατὰ δὲ τὸν ὑψηλότατον τόπον τῆς ὀροφῆς ἀετοὶ κατὰ πρόσωπον ἦσαν ἀλλήλων χρυσοῖ.*

κώτατον (cf. Hes. s. v.) .... *ὅθεν καὶ ἀετὸς ἐκλήθη, οὐχ᾽ ὥς τινες παρὰ τὸ ἀίσσειν, ἀλλὰ παρά τὸ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν, τὸ ἀληθές.* cf. schol. BLV, Townl. a. h. l. Atque schol. BM et Townl. ad *Ω* 315 habet: *ἐπιτελεστικὸν εἰς ὃ ἂν ὀφθείη· ἢ τὸν ἀξιώματι ὑπερέχοντα, ὡς λέων τελειότατος θηρῶν, τουτέστι κυριώτατος καὶ βασιλικώτατος.* Haec autem est ea significatio quae sententiarum conexu desideratur apud Callimachum; itaque apparet his illum verbis interpretatum esse Homericum *τελειότατον πετεηνῶν* ut schol. BM et Townl. *κυριώτατον καὶ βασιλικώτατον.*

II. 112. *ἄωτον.*

De *ἀώτου* vocabulo disseruit Buttmannus in lexilogo II. p. 15 sqq., qui demonstravit apud Homerum nihil aliud significare illam vocem nisi floccum velleris. Posteriores autem scriptores ambigui erant ut de genere, quod apud Homerum cognosci nequit, ita etiam de significatione. Atque Pindarus quidem, qui valde adamavit hoc vocabulum, semper ita usurpat, ut significet „optimum quodque vel pulcherrimum vel suavissimum in suo genere"; unum autem locum qui est in Isthm. VI (VII) 18

ἀμνάμονες δὲ βροτοί
ὅτι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν

imitatus esse videtur Call., ut etiam docuit Schneid. in excursu ad h. II. 112.

Δηοῖ δ᾽οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι,
ἀλλ᾽ ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβάς, ἄκρον ἄωτον.

Deinde eodem verbo utitur in frgm. 115.

ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ᾽ οἰνηρῆς Χίου
ἀμφορεύς, πολὺς δὲ Λεσβίης ἄωτον νέκταρ οἰνάνθης ἀγών.

Hic manifesto positum est floris significatione, quam cuncti veteres grammatici vindicaverunt huic vocabulo; cf. Apoll. Soph. 50, 15 *ἀώτου θεσπεσίοιο ἐρίου* (*ι* 434): *οἰὸς ἀώτῳ οἷον ἄνθος πρυβάτου*; schol. Genav. II. p. 130 ad *N* 599 *ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ : τουτέστιν ἐρεᾷ σφενδόνῃ· „οἰὸς" γὰρ „ἀώτῳ", προβάτου ἄνθει, ὅ ἐστιν ἐρίῳ*; schol. Townl. a. h. l. *οἰὸς ἀώτῳ : ἐρίῳ ἄνθει*; Eustath. ad *α* 444 (1427, 10). cf. etiam Etym. M. 53, 56 et 117, 46, Hes., Suid., lex. Seg. p. 476, 21, ubi varia confluxerunt. Videmus igitur Callimachum quoque eam Homeri interpretationem amplexum esse quam falsam esse docuit Buttmannus l. l. Simul autem notandum est illum attribuisse verbum *ἄωτον* generi neutri, id quod apparet ex priore loco.

III. 61. *ἀμβολαδίς.*

Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν ἠὲ σίδηρον
ἀμβολαδὶς τετυπόντες ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν.

Ἀμβολαδίς vocabulum ab Ernestio, Passovio, Meinekio, Reineckio, Bredavio[1]) explicatur *sublatis bracchiis*; haud scio an invito Callimacho; nam hoc si significaret, plane superfluum esset post v. 59

εὖθ᾽ οἵ γε ῥαιστῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,

quam tautologiam Call. certo non admisit. Ac ne Reiskio quidem haec significatio probata est, qui dicit p. 731: *nemo tundere ferrum potest, dum malleum sublimem tenet.* Verior autem mihi videtur scholiasta esse qui interpretatur *ἐκ διαδοχῆς*, quam explicationem etiam Spanhemius et Nigra[2]) probaverunt. Ille Verg. Aen. VIII 452 laudat

illi inter sese multa vi bracchia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe massam.

---

[1]) in dissert. Vratislav. De Callimacho verborum inventore 1892 p. 67.
[2]) cf. Riv. di fil. XXI, p. 74.

Atque manifesto ut saepius[1]) Vergilius Callimachi versus transtulit. Hic igitur eandem interpretationem vocabuli *ἀμβολαδίς* novit quam scholiasta; nam in numerum et *ἐκ διαδοχῆς* hoc loco nihil inter se differunt, cum, si homines vel fervens ferrum, vel frumentum decisum vel tale quid *ἐκ διαδοχῆς* i. e. alterne feriunt, semper feriant in numerum.

Iam quaerentibus nobis, exstetne aliud huius interpretationis vestigium, adeundi sunt interpretes ad Homerum; is enim habet vocem *ἀμβλήδην* *X* 476

ἀμβλήδην γοόωσα μετὰ Τρῳῇσιν ἔειπεν

scil. Andromache, cum videret Hectorem Achillis equis raptatum, et vocem *ἀμβολάδην* *Φ* 364

ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ

. . . .

πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται

quod vocabulum etiam legitur in Hom. h. in Merc. 425.

τάχα δὲ λιγέως κιθαρίζων
γηρύετ' ἀμβολάδην, ἐρατὴ δὲ οἱ ἕσπετο φωνή.

Atque prioris vocis exstant tres explicationes:[2]) *μετὰ ὀλολυγμοῦ ἀναβάλλων*, quam habet Hes.; tum qui *ἀναβάλλειν* intellegunt de anhelando Et. Magn., schol. Genav. II., D: *ἀναφέρουσα ἀθρόως τὸ πνεῦμα;* deinde qui *ἀναβάλλειν* intellegunt alte repetere, quod Andromache *οὐκ ἀπὸ τῶν παρεστώτων ἁπλούστερον ἄρχεται*

---

[1]) cf. h. III. 53 de Cyclopibus:

πᾶσι δ' ὑπ' ὀφρὺν
φάεα μουνόγληνα σάκει ἴσα τετραβοείῳ
δεινὸν ὑπογλαύσσοντα

et Verg. Aen. III. 636, qui de Ulixe eiusque sociis Polyphemum caecantibus ait

telo lumen terebramus acuto
ingens quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar.

(cf. etiam Ov. met. XIII. 851) et ep. 61 quod Vergilius expressit Catalept. XI (XIV).

[2]) Suid. habet *μεγάλως βοῶσα*, sed haec non est explicatio.

περιπαθῶς, οἷον τοῦ φόνου καὶ τοῦ ἑλκυσμοῦ, ἀλλ' ἐκ τῶνποῤῥωτέρω προοιμιάζεται, πατρίδος μεμνημένη καὶ προγόνων καὶ τύχης παλαιᾶς, quam explicationem invenimus apud Eustath., Ap. Soph., Hes., schol. B. et Townl., Et. Magn. Haec igitur nihil nos iuvant.

Iam vero *ἀμβολάδην* vocabulum explicatur apud Suid., Hes., Et. Magn., Eustath.; atque omnes reddunt per *ἀναβάλλων*, quod de bullis aëris in aqua fervente emicantibus intellegendum est. Etym. autem Magn. addit *ἢ ἐξ ὑποβολῆς*.

Haec verba in mentem nobis redigunt locum quendam apud Diog. Laert. I. 57,[1]) qui de Homericis carminibus declamandis agit: *Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε* (Solo) *ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον;* quo cum loco componenda est inscriptio illa Teia (C. I. G. II. 3088), in qua de ludis gymnicis et musicis agitur. Hic enim legimus pueros *μέσης ἡλικίας* examinari in *ὑποβολῇ*, pueros *πρεσβυτέρας ἡλικίας* in *ὑποβολῇ* et *ἀνταποδόσει*. Iam vero de significatione verbi *ὑποβολή* magna controversia exorta est, de qua cf. Boeckhii adnotationem a. h. l. Atque mihi quidem, ut statim dicam quod sentio, Leo Allatius (de patria Hom. cap. 5) rem acu tetigisse videtur, cui assentiuntur etiam Wolfius (Proleg. p. 140, 4) et Boeckhius l. l., viri egregii; interpretatus enim est: *ita ut alius alii succederet, seu, ubi unus desiisset canere, alter inde, quod sequeretur, auspicaretur* ratus[2]) *ἐξ ὑποβολῆς* idem esse quod apud Ps. Plat. Hipparch. p. 228b dictum sit de Hipparcho: *ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι.*

Iam quaeritur, possitne hoc significare *ἐξ ὑποβολῆς*. Id quod his etiam diebus in acerrima contentione posi-

---

[1]) = Suid. s. v. *ὑποβολή*.

[2]) ut Godofr. Hermannus op. VII, 83

tum est,[1]) ita ut ad certum finem perduci res nequeat, nisi subtiliter atque in contrarias partes disputetur. Sed longius a proposito aberraremus; neque enim quidquam spectat ad Callimachum. Itaque quaestionem sic proponemus: Potestne Diogenes Laertius vocabulum ἐξ ὑποβολῆς tali modo intellexisse, ut significaret ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον, an ii viri docti recte dicunt, qui, cum ἐξ ὑποβολῆς hoc non significare possit, corruptum esse censent? Atque equidem existimo sanum esse ἐξ ὑποβολῆς et Diogenem vera notione huius vocabuli sese usum esse credidisse. Etenim apud Homerum legimus *Α* 292

τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς

et *Τ* 80 dicit Agamemno

ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος,
ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκούειν, οὐδὲ ἔοικεν
ὑββάλλειν· χαλεπὸν γὰρ ἐπισταμένῳ περ ἐόντι.

Atque etiam hi loci cum olim tum nunc adducti sunt in controversiam, quam hic nihil curamus;[2]) hoc unum dico a nonnullis antiquis grammaticis ὑποβάλλειν intellectum esse notione interpellandi;[3]) cf. schol. A ad *Τ* 79: *καλῶς ἔχει τοῦ ἑστῶτος καὶ δημηγοροῦντος ἀκούειν καὶ μὴ ὑποκρούειν μηδὲ ἐμποδίζειν· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ὑββάλλειν ..... οὕτως ὁ Κοτιανεύς*,[4]) schol. D ad *Τ* 80 *ὑββάλλειν· ὑποκρούειν, ἐμποδίζειν τὸν λέγοντα*

---

[1]) Egerunt de hac re praeter Boeckhium praesertim God. Hermannus, op. V, 300 et op. VII, 82 ac Nitzschius, Meletemat. de hist. Homeri fasciculo posteriore] p. 132 et Sagenpoesie der Griechen p. 413.

[2]) cf. praeter Boeckh. et Hermann. l. l. Spitzner ad *Τ*, 80. Hagena: Philol. VIII, 390. W. Ribbeck: Philol. IX, 61. Doederlinus: Gl. 312. Ameis: Zeitschr. f. Gymnw. VIII, 632. Schrader: annal. Fleckeis. 93, 232.

[3]) quae mihi sola vera videtur; cf. vim verbi subicere.

[4]) Alexander.

κτλ., schol. Genav. II *ἔστι γὰρ χαλεπώτατον, κἂν ἐπιστήμων ᾖ ὁ ῥήτωρ, ὑποκρουόμενον λέγειν.* Apoll. Soph. 156, 33 *οἱ δὲ περὶ τὸν Σιδώνιον ἐκ τοῦ ὑββάλλειν τὸ ὑποκρούειν ἀκούουσιν* (tum sequitur eadem interpretatio quam schol. A habet) *καί φησιν ὁ Σιδώνιος ὅτι τῷ ὑββάλλειν ὅμοιόν ἐστι τοῦτο „τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήδην ἠμείβετο"*. Eustath. 1172, 36 *οἳ καὶ αὐτοὶ ὑποβάλλειν φασὶ τὸ κωλύειν καὶ ὑποκρούειν διὰ κραυγῆς καὶ ποιεῖν θόρυβον κτλ.* et ibid. 45 *παρακαλεῖ οὖν πάντας ὁμοῦ προσέχειν τὸν νοῦν τῇ δημηγορίᾳ, καὶ μήτε ὑποβλήδην τινὰ εἰπεῖν, ὥς που ἐποίησεν Ἀχιλλεύς κτλ.* Denique cf. schol. L ad *Α* 292 *ὑποβαλὼν τὸν ἴδιον λόγον Ἀχιλλεὺς καὶ μεσολαβήσας καὶ ὑποταμὼν τὸν Ἀγαμέμνονος λόγον, πρὶν ἢ σιωπήσῃ αὐτὸς εἰπών* et Et. Magn. 781, 8 *ὑποβλήδην· ὑποβαλὼν λόγον ὑποκρουστικῶς, ἔτι λέγοντός τινος, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ὁ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδος α.* cf. etiam Suid., Phot., Zonar. 1786. (Apollonius Rhodius[1]) haud ita intellexit *ὑποβλήδην*; nam *Α* 699, *Γ* 400, 1119 ita hac voce usus est, *ut sermonis post aliquantulum intervallum novum exordium indicetur*; schol. autem ad *Γ* 400 monet: *κακῶς τὸ ὑποβλήδην· κεῖται γὰρ πρὶν ἢ καταλῆξαι τὸν ἕτερον λέγοντα.*) Videmus igitur his ex locis verbo ὑποβάλλειν a nonnullis grammaticis significationem interpellandi seu strepitu seu verbis re vera attributam esse. Quod si est, cur non Diogenes quoque sic hoc verbum intellexisse potest, ut alter rhapsodus interpellavisset alterum talique modo in vicem Homeri carmina recitavissent? Has Homericorum locorum interpretationes si respicimus, Diogenis ἐξ ὑποβολῆς et quam dedit explicationem optime coire videntur, neque puto iure ὑποβολῆς in suspicionem vocatum esse.

Iam vero etiam grammaticus ille in Et. Magn. ἐξ ὑποβολῆς eodem modo, puto, explicari voluit; nam si de aqua fervente dicitur *λέβης ζεῖ πάντοθεν ἀμβολάδην*, ac

---

[1]) cf. Merkel p. 166.

ἀμβολάδην explicatur *ἐξ ὑποβολῆς*, apparet hoc significare bullas in vicem vel alterne excitatas esse ita, ut, ubicunque alia dissiluisset, statim alia subsequeretur. Quod quam maxime dilucide perspicueque dictum esse nemo negare potest. Atque nunc patet ex hoc loco Etymologici tutelam nos accipere eius interpretationis quam adhibuimus in versum Callimacheum. Etenim Cyclopes quoque quasi *ἐξ ὑποβολῆς* fervens ferrum malleis percutiunt ita, ut, si alter ictum fecerit, alter succedat velut rhapsodus rhapsodo, vel bulla bullae.

III. 90. *πηγός*.

Τὶν (Minervae) *δ' ὁ γενειήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγοὺς*
τρεῖς δὲ παρουαίους ἕνα δ' αἰόλον, οἵ ῥα λέοντας
αὐτοὺς αὐερύοντες, ὅτε δράξαιντο δεράων,
εἷλκον ἔτι ζώοντας ἐπ' αὐλίου, ἑπτὰ δ' ἔδωκε
θάσσονας αὐράων Κυνοσουρίδας κτλ.

Difficile est intellectu quid Call. voluerit epithetis quae dedit canibus. Atque ultimum quidem *θάσσονας αὐράων*, ut ab hoc initium faciam, quid significet luce est clarius; deinde *αἰόλον* dictum est pro Homerico *ποικίλῳ* (cf. *K* 30 *παρδαλέῃ ποικίλῃ* quem locum comparat Scheerius); *παρουαίους* autem nuper demum repertum est ab Hauptio (*παρωαίους*) restituendum esse pro corrupto *παρουατίους* quod praebent libri, ita ut significet tres canes colorem habuisse *παρούου* serpentis, scilicet subrufum. Iam autem restat *πηγούς*. Atque quaerentibus nobis quid significet scholiasta quidem respondet *λευκούς· καὶ Ὅμηρος πηγεσιμάλλῳ.* Sed haec scholiastae sententia estne eadem Callimachi? Hoc sine dubio scholiasta ipse nescivit, itaque hoc neglecto videamus quantum proficiamus nostris ipsi viribus. Iam constat Homeri vocabuli *πηγός* significationem antiquis grammaticis non fuisse notam; nam variis modis studebant explicare.

Hesychius enim intellegit *ὁ εὐτραφής*, sed schol. BL ad Hom. *I* 124

δώδεκα δ' ἵππους
πηγοὺς ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο

ait *πηγούς· μέλανας· τούτους γὰρ ἀρίστους φασὶν οἱ περὶ ἵππων γράψαντες· ὁμοίως καὶ „κύματι πηγῷ", εἴ γε ἀλλαχοῦ φησὶ „μέλαν τέ ἑ κῦμ' ἐκάλυψεν." τινὲς δὲ μεγάλους, εὐτραφεῖς, ὑψαύχενας;* et schol. EPQV ad *ε* 388 *κύματι πηγῷ· οἱ μὲν γλωσσογράφοι μέλανι καὶ ἰσχυρῷ, [ψυχρῷ], ἀδιαλύτῳ, τινὲς δὲ γαληναίῳ. κρεῖσσον δὲ εὐπαγεῖ, εὐτραφεῖ καὶ εὐμεγέθει.* Etym. Magn. 669, 25; cf. etiam s. v. *πηγεσιμάλλῳ*. Hes. autem dicit: *πηγὸν οἱ μὲν λευκὸν· οἱ δὲ μέλαν. καὶ εὐτραφῆ, ἢ μέγα;* cf. s. v. *πηγεσιμάλλῳ*. Denique Eustath. 403, 42 *τὸ δὲ πηγεσιμάλλῳ ἀντὶ τοῦ μελανομάλλῳ. ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀρνειὸς ἐν μεγάλῳ λευκῷ ποιμνίῳ διάδηλος*[1]) *καὶ κῦμα γὰρ πηγὸν τὸ μέλαν. οἱ δὲ πηγεσίμαλλον τὸν λευκόμαλλόν φασιν, ὡς καὶ τοῦ Λυκόφρονος πλόκαμον πηγὸν εἰπόντος* (v. 336) *τὴν λευκὴν πολιάν.* Album intellegit etiam Strato comicus in lusu illo docto apud Athen. IX, 383, A, ubi glossa est pro *ἅλες* vocabulo. Quod cum in talem contentionem adductum sit vocabulum *πηγός*, quis est qui dubitet, quin Call., cum hic usurparet hanc vocem, controversiam illam sua auctoritate dirimere studuerit? Qua in re valde dolendum est, quod sententiam more suo paullo obscurius protulerit. Hoc autem mihi quoque cum Luca in Fleckeiseni annal. vol. 79, p. 606 et Schneidero certum videtur Callimachum *πηγῷ* voculae tribuisse significationem coloris alicuius, non, quae est sententia Aulini p. 47, adn. 1. interpretatum in Hom. *I* 124=266 *ἵππους πηγούς* bene pastos *κύνας ἥμισυ πηγούς* intellexisse *venaticos canes ut prompti ad currendum sint;* nam quae sequuntur epitheta ipsa quoque ut

[1]) similiter grammaticus in Cram. anecd. Oxon. I, p. 358 et schol. ad *Γ* 197.

vidimus significant colorem. Iam autem quemnam colorem dicit?

Atque Schneiderus quidem hac in quaestione sententiam protulit quam prolatam a viro docto nollem; explicat enim *κύνας ἥμισυ πηγούς* canes *quorum color inter album et nigrum interiacet i. e. cinereos;* sed hoc neque *ἥμισυ πηγούς* neque *ἡμισυπήγους* significare potest. Venit autem ad hanc perversam sententiam duce, ut ait, *Xenophonte de Venat.* IV, 7, qui *eligendos canes venaticos dicit quibus sit χρῶμα ἁπλοῦν καὶ θηριῶδες;* si autem evolvimus Xenophontis locum, videmus ipsum contrarium illum dicere, verba enim sunt haec: *τὰ δὲ χρώματα οὐ χρὴ εἶναι τῶν κυνῶν οὔτε πυρρὰ οὔτε μέλανα οὔτε λευκὰ παντελῶς· ἔστι γὰρ οὐ γενναῖον τοῦτο, ἀλλ' ἁπλοῦν καὶ θηριῶδες. αἱ μὲν οὖν πυρραὶ ἔχουσαι ἐστωσαν λευκὴν τρίχα ἐπανθοῦσαν περὶ τὰ πρόσωπα καὶ αἱ μέλαιναι, αἱ δὲ λευκαὶ πυρράν κτλ.*[1]) Atque Schneiderus verba *ἁπλοῦν καὶ θηριῶδες* pendere putabat a *χρὴ εἶναι,* cum pendeant nimirum ab *ἔστι.*

Iam vero Scheerius p. 15 putat *Callimachi κύνας πηγούς eosdem esse qui ab Homero κύνες ἀργοί dicantur: quam vocem cum alii λευκόν alii ταχύν explicarint, rursus inde utram interpretationem ille probarit* nos edoceri. Qua sententia fortasse rem acu tetigit; nihilominus autem silere nolo, quid equidem opinatus sim, cum vidissem Aulinum p. 26. comparare Callimachi *δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγούς* cum ea locutione quae est in *ε* 388 *δύο τ' ἤματα κύματι πηγῷ*, quo loco *sonorum inversa fere ratio videatur;* id quod certe non casu factum est, sed consulto; nam ut hoc est poetae vere Alexandrini,

---

[1]) quae verba in usum suum convertit Pollux V, 65, cum Arrianus ausus sit contra Xenophontem dicere in Cyneg. VI, 1 *τὰ δὲ χρώματα οὐδὲν διοίσει ὁποῖα ἂν ἔχωσιν, οὐδ' εἰ παντελῶς εἶεν μέλαιναι ἢ πυρραὶ ἢ λευκαί. οὐδὲ τὸ ἁπλοῦν χρὴ ὑποπτεύειν τῆς χρόας ὡς θηριῶδες.*

ita aliis exemplis ab Aulino l. l. collectis firmatur illum Homericorum vocabulorum sonum imitando expressisse; cf. e. g. h. VI. 64 *θοῦρος Ἄρης ἐφύλασσε* cum Hom. *E* 507 *θοῦρος Ἄρης ἐκάλυψε*, h. IV. 167 *ἀέκουσα Μακηδόνι κοιρανέεσθαι* cum *E* 824 *Ἄρηα μάχην ἀνὰ κοιρανέοντα;* frgm. 37 *βυθὸς ἄσπετος ἅλμης* cum *Π* 157 *ἄσπετος ἀλκή.* Adde quae omisit Aulinus: III. 150 *ἢ ὅ γε χλούνην* et *Γ* 409 *ἢ ὅ γε δούλην*, IV. 3 *αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται* et hymn. Hom. in Apoll. Del. 38 *ἣ νήσων λιπαρωτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται.* IV. 12 (*αἰθυίαις*) *καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵππους* et *δ* 606 *καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.* IV. 14 *ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην* et *Δ* 426 *ἀποπτύει δ' ἁλός ἄχνην.* III. 224 *νᾶεν φόνῳ* et *ι* 222 *νᾶον δ' ὀρῷ;* nam sic legebat Call.; *ναῖον* enim quod nunc habent editiones Aristarchi putatur coniectura; cf. schol. H a. h. l. *νᾶον· Ἀρίσταρχος, ναῖον. τινὲς δὲ νᾶον.*

Sed iam ante Aristarchum notam fuisse scripturam *ναῖον* apparet, ut mihi quidem videtur, ex Apollonio Rhodio I. 1146 *ἐπεὶ οὔτι παροίτερον ὕδατι ναῖεν Δίνδυμον.* Atque, ut dicam quod sentio, videtur hic ut saepius[1]) Call. obstitisse Apollonio cum scriberet

τάων Μαιναλίη νᾶεν φόνῳ ἀκρώρεια.

Atque confirmat sententiam meam et quod sonorum similitudine *νᾶεν φόνῳ* significare videtur Homericum *νᾶον δ' ὀρῷ*, quod etiam in eadem versus sede legitur, et quod apud utrumque mons est qui *νάει.* Neque solus Call. Apollonium reprehendit propter hanc formam; nam in scholio quoque ad v. 1143 adscripto legimus: *τὸ δὲ ναῖεν οὐκ εὖ· ἔδει γὰρ χωρὶς τοῦ ι νᾶεν, ἵν' ᾖ ἔρρει, ὡς παρ' Ὁμήρῳ „νᾶεν δ' ὀρῷ ἄγγεα πάντα.“* Iam vero quaeritur, possitne per temporis rationes factum esse, ut Call. in h. III. reprehenderet Apollonii Argo-

---

[1]) cf. Gerckius in Mus. Rhen. 44, p. 145 sqq. et infra ad h. III 243 et VI 37.

nautica. Hoc ut demonstremus necesse est rem longius repetere.

Atque hymnus quidem Callimacheus quo anno scriptus sit nescimus;[1]) habemus autem terminum quendam, post quem confectus sit, dico invasionem a Celtis in Asiam factam, quam Droysenius Gesch. des Hellenism. III.[2] p. 191 nisus Paus. X. 23, 14 ponit anno 278/7. Iam quaeritur, quando Argonauticorum *προέκδοσις* edita fuerit;[2]) id quod inde pendet, quo anno Call. alterum hymnum scripserit; versus enim 105 sqq. huius hymni spectare Apollonium exsulem constat; itaque Argonautica Call. novit, cum hunc hymnum scriberet. Hic autem propter vv. 65 sqq. scriptus esse non potest eis temporibus, quibus Magas rex Cyrenes bellum gereret contra Philadelphum,[3]) sed aut post 248/7, quo tempore Cyrene in dicionem venit Ptolemaei Philadelphi, aut post 263, quo anno Euergetae desponsa est Berenice;[4]) nam etiam tunc temporis non dubium erat, quin Cyrene in Aegypti dicionem ventura esset.[5]) Atque hoc tempus praeferendum mihi videtur, quod vaticinatio quae inest in vv. 65 sqq.

Φοῖβος καὶ βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ
καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ

---

[1]) cf. Susemihl, Gesch. d. griech. Litt. I. p. 360.

[2]) De Argonauticorum editionibus nuperrime egit Maassius in Arateis (Philol. Unters. a Kiesslingio et Wilamowitzio edit. XII) p. 332 sqq., qui contendit *προέκδοσιν* nihil nisi recitationem fuisse perperam nomine editionis significatam. Sed hoc nihil ad nos; nam sive erat vera editio, sive recitatio, Call. certo eam novit.

[3]) Haeberlin in Philol. vol. L, p. 691 duo bella Cyrenaea statuit: „*alterum nihil fuit nisi defectio, qualis post cuiuslibet regis mortem solet fieri*“ circa 280 annum usque ad annum 275 gestum, „*alterum quod simul cum Syrio geritur, re vera est bellum expugnandi causa susceptum*“ postque annum 266 usque ad annum 263 gestum (cf. p. 695).

[4]) cf. Haeberlin l. l. p. 695.

[5]) cf. Susemihl l. l. p. 361 sq.

δεξιὸς οἰκιστῆρι καὶ ὤμοσε τείχεα δώσειν
ἡμετέροις βασιλεῦσιν· αἰεὶ δ' εὔορκος Ἀπόλλων.

melius se habet, si spectat rem, quae certo mox futura sit, non quae iam facta sit. Quae cum ita se habeant, verisimile est Apollonium iam exsulem fuisse ante annum 263; itaque potuit Callimachus nosse Argonautica cum scriberet hymnum in Dianam pravamque formam *ναῖεν* exprobrare Apollonio. Eandem igitur scripturam Aristarchus postea recepit et sua auctoritate tuitus est.

Sed ut ad propositum revertar, si re vera Call. locutione *δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγούς* eis qui legebant in memoriam revocare voluit Homeri *δύο τ' ἤματα κύματι πηγῷ*, illum *πηγῷ* vocabulo tribuisse significationem nigri mihi persuasum est, cum apud Homerum *κῦμα πηγόν* interpretatus esset sine dubio nigram undam, non albam; neque enim unquam Homero unda est alba, sed *κελαινόν* (*Ι* 6, h. Ap. 27), *μέλαν* (ε 353, *Ψ* 693), *πορφύρεον* (*Α* 482, β 428[1]), ν 85, λ 243 al.) Praeterea *μέλανα* dicit *πόντον* (*Ω* 79), *φρίκα* (δ 402, *Φ* 126), *ὕδατα* maris (μ 104), fluviorum (*Β* 825, *Φ* 202), fontium (δ 359, ζ 91, ν 409, *Π* 161). cf. Ameisii appendicem ad δ 359 et schol. BL ad *Ι* 124 p. 15 notatum et ad *Γ* 197 *καὶ τὸ κῦμα δὲ ἀντιφράζων ὁτὲ μὲν κύματι πηγῷ λέγει, ὁτὲ δὲ μέλαν τέ ἑ κῦμα κάλυψεν.*

III. 112. *κεμάς.*

Ἐν δ' ἐβάλεν χρύσεια, θέη, κεμάδεσσι χαλινά.

Vocabulum *κεμάδα* hausit ex Hom. *Κ* 361

ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε, εἰδότε θήρης,
ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲς αἰεί κτλ.

cuius de vi dissentiebant grammatici, cum alteri intellegerent cervam, alteri capream. cf. e. g. Hes. *κεμάς· νεογνὸς* (sic Nauckius Aristoph. Byz. p. 123 e schol. O ad *Κ* 361 et Etym. Magn. 503, 3 qui eadem

---

[1]) schol. E *μέλαν.*

tradunt; lib. *νεβρός*) *ἔλαφος · τινὲς δὲ δορκάς*. Apoll. Soph. p. 97, 33 *κεμάς · οἱ μὲν ἐλάφου γένος, οἱ δὲ δορκάδος*. Adde Eustath. p. 811, 57 et 711, 30, Etym. Magn. l. l., Etym. Gud. 314, 17. Atqui cum paullo ante has *κεμάδας* Call. nominaverit (v. 100) *ἐλάφους*, arguitur eorum sententiam probasse, qui interpretabantur c e r v a s, non capreas. [1])

III. 133. *τρώει*.

Οὐδὲ διχοστασίη τρώει γένος, ἥτε καὶ εὖ περ
οἴκους ἑστηῶτας ἐσίνατο.

Quae cum scriberet Call., ni fallor ante oculos habuit *φ* 293

οἶνός σε τρώει μελιηδής, ὅς τε καὶ ἄλλους
βλάπτει.

nam vides apud utrumque enuntiata esse pari modo formata, cum primum *τρώει* referatur ad singularem casum, tum per pronomen relativum et *τὲ καί* propagetur in universum. Atque in priore enuntiato Call. voluit interpretari Homericum *οἶνός σε τρώει*, quae locutio nunc quidem ab aliis alio modo explicatur. [2]) cf. etiam schol. BL ad *Μ* 66. *τρώσεσθαι · ἐλάττω θήσεσθαι καὶ τραπήσεσθαι. Ἴωνες γὰρ τὰς τροπὰς τρώματα καλοῦσι · καὶ „οἶνός σε τρώει" ἀντὶ τοῦ παρατρέπει*; schol. Genav. I et II a. h. v.; Eustath. ad *Ψ* 340 (1204, 45). — Atqui cum *διχοστασίη τρώει γένος* nihil aliud significare posset nisi discordiam gentem perdere eique nocere, hanc significationem Callimachus etiam loco Homerico vindicavit.

In posteriore autem enuntiato pro Homerico *βλάπτει* praetulit, quod elegantius videbatur, *ἐσίνατο*, memor

---

[1]) Dianam autem apud Apollonium quoque Rhodium III. 879 curru vehi a *κεμάδεσσι* tractu monet me Kaibelius praeceptor humanissimus.

[2]) cf. Ameis. et Autenrieth.: stimulat, *sticht*, Papius, Seiler-Ebeling *schadet, bethört*.

fortasse hac quoque in re Homeri, qui *Ω* 45 *αἰδώς* dixit, *ἥ τ' ἄνδρας μέγα σίνεται*. Memorabile autem, quod ultra Iliadis et Odysseae certe usum aoristum sibi permisit.

III. 240. *πρύλιν*.

Αὐταὶ δ', Οὖπι ἄνασσα, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
στησάμεναι χορὸν εὐρύν.

Locus et a Meinekio et a Schneidero in suspicionem vocatus; uterque enim inepte dici putabat pyrrhicham saltasse Amazones primum clipeis armatas, postea ita ut depositis armis cyclium chorum instituissent; distingui igitur inter pyrrhicham armatam et non armatam, cum haec saltatio nunquam nisi ab armatis saltata esset. Meinekius igitur cum etiam accusativum desideraret ad *περί*, coniecit *περὶ βρέτας ὠρχήσαντο*, *πρύλιν* glossam ratus ex h. I. 52 illatam. Schneiderus autem Callimachum arbitratus imitatum esse *Σ* 597 sqq. proponit *πρῶτα μὲν ἐν στιχέεσσιν*. Sed vereor ne vim attulerint Callimacho viri doctissimi atque puto eos non offensuros fuisse, si ille scripsisset aut *πρῶτα μὲν περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο ἐν σακέεσσιν κτλ.* aut *περὶ πρύλιν μὲν ὠρχήσαντο πρῶτα ἐν σακέεσσιν κτλ.*, nunc autem quam habet verborum collocationem, est illa quidem parum logica, attamen non sine exemplo; nam cf. h. in Apoll. Del. 80.

ἐνθάδε μιν πρῶτον τεύξειν περικαλλέα νηόν,
ἔμμεναι ἀνθρώπων χρηστήριον, αὐτὰρ ἔπειτα
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους.

Hic quoque, quod *ἐνθάδε* positum est initio *μέν* vocula non addita, dixerit quis revocandum esse et ad *πρῶτον* et ad *αὐτὰρ ἔπειτα*, sed mox videbit solam ad priorem enuntiati partem esse referendum. Quod autem Schneiderus putat Callimacho cum haec scriberet obversatum esse Homerum, ego quoque existimo a Kaibelio viro doctissimo monitus, sed alium locum significare voluit poeta doctus.

Videmus enim significationem Homerici vocabuli *πρυλέες* in controversia fuisse. Atque Aristarchus quidem (cf. Lehrs [3] p. 117) interpretatus est pedites atque eos gravis armaturae, ut oppositi essent eis qui aut curru aut levibus armis uterentur; cf. schol. A ad *E* 744 *πρυλέεσσ᾽· πεζοῖς ὁπλίταις;* ibid. *ὅτι πεζοὶ οἱ πρυλέες ὅπλα ἔχοντες;* schol. A ad *Λ* 49 *ὅτι φανερῶς πρυλέες οἱ πεζοί· ἀντιδιέσταλκε γὰρ τοὺς ἱππεῖς*, schol. A ad *M* 77. *ὅτι σαφῶς τοὺς πεζούς ὁπλίτας πρυλέας* al. Aliorum autem sententiam reperimus apud Hes. s. v. *πρυλεῖς· οἱ μὲν πολλοὺς λαούς· οἱ δὲ προμάχους, ἢ πεζοὺς ὁπλίτας ⟨ἢ⟩ ἀθρόους;* schol. Townl. ad *E* 744 *πρυλέες δὲ ὁπλῖται ἢ πρόμαχοι ἢ ἀθρόοι.* Iam vero legimus apud Eustathium p. 601, 2 = schol. AB ad *E* 744 (cf. schol. L a. h. l.): *Εὐθεῖαν δέ φασί τινες*[1]) *τοῦ πρυλέεσσι πρύλις, γινομένην ἐκ τοῦ περῶ περύω τὸ ὁδεύω, περύσω, πέρυλις καὶ πρύλις, ὡς δαμάσω δάμαλις;* atque Hesychius explicat *πρύλιν· πυρρίχην, ἢ ὁπλίτην.* Iam nonne verisimillimum est Callimachum voce *πρύλιν* significare Homericum *πρυλέες* et iam ante Aristarchum interpretatum esse per *ὁπλίτας?* Atque cf. etiam h. I. 52 sqq.

οὖλα δὲ Κουρῆτές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
ἀσπίδος εἰσαΐοι καὶ μή σεο κουρίζοντος.

Πρύλιν igitur, quae est saltatio *πρυλέων*, hic saltant Curetes armis clipeisque armati, qua ex re videmus Callimachum *πρυλέας* intellexisse *ὁπλίτας.*[2]) Iam neque Schneidero adstipuleris, qui dicit p. 247 s. f.: *Praeterea*

---

[1]) Eustathius ipse aliam derivationem profert p. 1030, 16.

[2]) Nonnus autem hunc locum imitatus est Dion. XIV, 27 (*γηγενέες Κορύβαντες*)

οἳ βρέφος ἀρτιλόχευτον ἀεξιτόκῳ παρὰ πέτρῃ
Ζῆνα φερεσσακέεσσιν ἐμιτρώσαντο χορείαις,
κῶμον ἀνακρούοντες δρίκτυπον ἠπεροπῆα,
ἠέρα βακχεύοντες.

ineptum mihi videtur ἐνόπλιοι ad πρύλιν relatum, quum et plane otiosum sit, nec eo positum loco quo alias videmus epitheta otiosa posita, i. e. proxime nominibus ad quae referuntur e. q. s. Quod autem hic vidimus Callimachum eam sententiam protulisse quam posteriores grammatici Aristarcho tribuerunt, idem etiam saepius[1]) animadvertemus.

Ad sequentia autem

ὑπήεισαν δὲ λίγειαι
λεπταλέον σύριγγες, ἵνα ῥήσσωσιν[2]) *ὁμαρτῇ*

Scheerius p. 12 sq. iam docuit Callimachum in *Σ* 570 *λίνον* intellexisse chordas e lino factas, sed h. IV. 304 sententiam postea ab Aristophane et Aristarcho commendatam amplexum esse, scilicet *λίνον* esse *γένος τι ὕμνου.* De Apollonii sententia cf. Merkel. l. l. p. CLI, de tota quaestione Spitzneri excursum ad Iliadem XXIX.

IV. 27. *ἀμφιβέβηκεν.*

Δῆλε φίλη, τοῖός σε βοηθόος ἀμφιβέβηκεν.

Fortasse hic aliquis dixerit *βοηθόος* esse otiosum additamentum; non recte, nam *ἀμφιβαίνω* verbum sic usurpatum esse a Callimacho ut apud Homerum *Α* 37 *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας* vel *ι* 198 *ὃς Ἴσμαρον ἀμφιβεβήκειν* quis est quin videat? Atqui hoc verbum a nonnullis falso intellectum est in medio oppido sedere, coli; cf. Etym. Magn. 90, 13 *ἀμφιβέβηκας: ὑπερασπίζῃ· κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζῴων. Ταῦτα γὰρ περιβεβηκότα ἑαυτῶν τοῖς τέκνοις ἀμύνεται τοὺς ἐπιόντας. Ἢ ἀπὸ τῶν περιβαινόντων τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τεθνηκόσι καὶ ὑπερμαχούντων, ἵνα μὴ σκυλευθῶσι καὶ ὑβρισθῶσιν. Ἢ μέσος κάθησαι, ἐν αὐτῇ τιμώμενος ὥσπερ πολιοῦχος. Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ᾽, ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας.* Atque etiam nunc per tenendi verbum reddunt Hoffmannus

---

[1]) cf. infra ad II 60 et ad III 51.

[2]) ita ego conieci; cf. infra a. h. l.

homer. Untersuch. I. p. 10, Ameis. append. ad *ι* 198, Hentzius Philol. XXVII p. 524. Iam vides Callimachum *βοηθόος* addidisse, ut ab hac interpretatione caveret.

Ceterum totum hunc versum secundum Homeri exemplum effictum esse [1]) monuit iam Ernestius. Atque idem cadit in huius hymni v. 216 *τοίη σε προσέδραμεν ἀγγελιῶτις;* et in h. III. v. 146. *τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἄκμων ἕστηκε πρὸ πυλέων.* Falsus autem ut glossographi ita schol. B mihi videtur esse, qui dicit ad v. *H* 231

ἡμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι, οἳ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν

οἱ γλωσσογράφοι τὸ τοῖοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοί· ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τῷ „τοίων δεῖ“ [2]) *κέχρηται.* De *βοηθόος* denique vocabulo cf. Aulin. p. 42 et Scheer. p. 19, adn. 9.

IV. 134. *προθέλυμνα.*

Ἀλλά οἱ [3]) *Ἄρης*
Παγγαίου προθέλυμνα καρήατα μέλλεν ἀείρας
ἐμβαλέειν δίνῃσιν, ἀποκρύψειν δὲ ῥέεθρα.

De significatione vocabuli *προθέλυμνος* ambigui erant grammatici antiqui. Atque apud Homerum haec vox legitur his locis: *I* 541

πολλὰ δ' ὅ [4]) *γε προθέλυμνα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρὰ*
αὐτῇσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτοῖς ἄνθεσι μήλων.

K 15

πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας.

---

[1]) cf. *Δ* 390 *τοίη οἱ ἐπίρροθος ἦεν Ἀθήνη* et *E* 808, 828; *O* 254.

[2]) Sic recte mihi videtur coniecisse Meinekius Vindic. Strab. p. 211 adn. pro *τοίων ἀεὶ κέχρηται* (sic, non *αἰεί*); neque suo iure Schneiderum hoc Callimachi frustulum neglexisse in editione puto, postquam perverse hariolatus est de hoc scholio in Phil. VI, p. 547, 26.

[3]) Peneo fluvio.

[4]) aper.

N 130

φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ.

Explicabatur autem aut *πρόῤῥιζος* (Et. Magn. 688, 44; schol. A et paraphr. ad *I* l. l., Suid. s. v. *προθέλυμνα*, Eustath. ad *I* l. l., Hes. s. v. *προθελύμνους*, schol. D et paraphr. ad *K* l. l.) aut *ἄλλα ἐπ' ἄλλοις, συνεχῆ* (schol. A et BL ad *I* l. l., Apoll. Soph. et schol. D ad *K* l. l., Suid. s. v. *προθέλυμνα* et *προθελύμνους*, Eustath. 773, 45 et 924, 20, Hes. s. v. *πρυθελύμνους*), aut *πυκνός* (schol. V, Eustath., Ap. Soph. ad *N* l. l.). Atque significationem *πυκνός* Call. aperte admitti noluit in suum versum; nam haec omnino sensum non haberet, quippe quae quadret ad unum locum *N.* 130; Call. autem ante oculos habuit *I* 541; nam eandem formam *προθέλυμνα* usurpat eademque versus sede et rerum conditio similis est apud Callimachum et in *I* 541. Nec bene cogitari potest Callimachum dixisse Martem aliud cacumen deiecisse super aliud, vel potius illum in eo fuisse (*μέλλεν*!), ut aliud super aliud deiceret. Qua re puto Callimachum *I* 541 interpretatum esse *προθέλυμνα* per *πρόῤῥιζος* vocabulum et sic suo in versu illum explicari voluisse hanc vocem.

Iam vero primus Ruhnkenius vir doctissimus in epist. crit. I. ad Valckenarium data p. 16 ostendit Callimachum his versibus imitatum esse Hom. h. in Apoll. Pyth. 204 sq.

Ἦ καὶ ἐπὶ ῥίον ὦσεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
πέτρῃσι προχυτῇσιν, ἀπέκρυψεν δὲ ῥέεθρα.

Sic habent libri; quae cum intellegi non possent, mutavit Ruhnkenius l. l. in *πρώτῃσι προχόῃσιν;* postea autem nescio quo loco aliam coniecturam periclitatus esse videtur *πετραίῃς προχοῇσιν*, quam nunc praebent pleraeque editiones. Atque fortasse fallor, sed haud ita a verisimilitudine me abhorrere puto, si dico iam Callimachum *πέτρῃσι προχυτῇσιν* legisse idque interpretatum montem una cum promunturiis et radicibus Apollinem

demisisse suo versu reddidisse per *προθέλυμνα*. Quin autem extremi montis colles vel promunturia a poeta *πέτραι προχύται* nominari possint, is non dubitet qui consideret quam saepe quamque variis modis verbum *χέω* et vocabula inde derivata usurpata sint sensu translaticio; unum affero exemplum; *προχύματα* apud architectos sunt ancones vel lapides et trabes prominentes, quibus moles impositae nitantur. cf. Apollod. in mathem. vett. p. 28: *ἵνα συναγωγὴν ἔχῃ τὸ ἔργον καὶ πρόχυμα, ἵνα μὴ ἀκροβαρῆσαν περινεύσῃ, ἀλλ' ἕδραν ἀπὸ τοῦ κάτω πλάτους λάβῃ.* [1])

IV. 311. ἕδος.

Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης καὶ γναμπτὸν ἕδος σκολιοῦ λαβυρίνθοι,
πότνια, σὸν περὶ βωμὸν ἐγειρομένου κιθαρισμοῦ
κύκλιον ὠρχήσαντο.

Ἕδος λαβυρίνθου dixit, ut iam Schneiderus notavit, secundum Homericum *Ἰθάκης ἕδος* ν 344, *Θήβης ἕδος* λ 263, *Δ* 406, h. in Ap. Pyth. 47, *ἕδος Οὐλύμποιο* *Ω* 144, h. in Cer. 341, h. 15, 7. Sed non plane perspexit, quid esset *ἕδος* apud Homerum. Hic enim hoc vocabulum non usurpat nisi de locis habitatis vel ab hominibus vel a dis, quae loca re vera sunt eorum sedes, ut non secus atque homines ipsi nominentur tanquam sedentes, sicut etiam de terris et oppidis dicit *ναιετάουσι*. cf. α 404 (et Ameisii append. a. h. l.) ι 23, *Δ* 45.[2]) Haec personificatio apud Callimachum adeo evanuit, ut vel de inculto et deserto labyrintho adhibeat hanc vocem; nam Minotaurus hac scilicet in re procul habendus est; neque labyrinthus nominari potest Thesei *ἕδος*; nam in hoc vocabulo mea quidem sententia semper subauditur status quietis, ut in nostro vocabulo *Wohn*-

[1]) cf. schol. V = Townl ad *Ξ* 154, qui *ῥίον* ab *ῥέω* derivat.
[2]) Id quod Call. imitatus scripsit *Ἀκταίη τις ἔναιεν* (frgm. 348).

sitz, qui status certo non quadrat ad Theseum in labyrintho versantem.

V. 33. καταθύμιος.

Ἔξιθ', Ἀθαναία· πάρα τοι καταθύμιος ἴλα.

Καταθύμιος ἴλα sine dubio significat catervam, quae deae est *κατὰ τὸν θυμόν*, quae quadrat ad ingenium eius, quae ei est commoda, grata. Sic igitur Call. etiam apud Homerum, nam ex hoc habet vocabulum, explicari voluit, ubi legitur χ 392

ὄφρα ἔπος εἴπωμι, τό μοι καταθύμιόν ἐστιν.

K 383 et *P* 201

μηδέ (οὐδέ P) τί τοι θάνατος καταθύμιος ἔστω (ἐστιν P).

Contra Aristarchus aliam significationem huic verbo tribuit, quae mihi videtur esse verior; nam cf. schol. A ad *K* 383: *ὅτι τὸ καταθύμιος ἐνθύμιος, οὐχ ὡς ἡμεῖς* et ad *P* 201 *ὅτι οὕτως εἴρηκε καταθύμιος, ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχήν ἐστιν, οὐ μεριμνᾷς περὶ τοῦ θανάτου· ἡμεῖς δὲ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν καταθύμιον τὸ ἀρεστόν.* cf. Lehrs l. l. p. 146. A Callimacho autem alii stant: Eustath. 1931, 56 *λέγει δὲ καταθύμιον τὸ κατὰ νοῦν νόημα, εἰπών· ἔπος τό μοι καταθύμιόν ἐστιν;* anecd. Gr. ed. Bachmann 269, 17: *κατὰ ψυχήν, εὐάρεστον.* Etym. Gud. *κατὰ ψυχήν, κατὰ νοῦν.* Contra Suid. *καταθύμιος θάνατος παρ' Ὁμήρῳ οὐχ ὁ ἐπιθυμητικός, ἀλλ' ἐνθύμιος.* Ap. Soph. 97, 1 *κατὰ ψυχήν, οἷον ἐνθύμιος.*[1]) cf. etiam ρ 469 = σ 352 = φ 276

ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.

Call. autem bene observavit apud Homerum semper post arsin quarti pedis poni hoc verbum.

V. 87. ἄλαστος.

Ὄμματά μοι τῶ παιδὸς ἀφείλεο, τέκνον ἄλαστε,
εἶδες Ἀθαναίας στήθεα καὶ λαγόνας,
ἀλλ' οὐκ ἀέλιον πάλιν ὄψεαι.

[1]) Hesychi explicatio non spectat Homerum.

Scholiasta explicat *ἄλαστε: ἤτοι ἀνεπίληστα ὑπομείνας*, vix recte; nam puto Callimachum significare voluisse, qui non obliviscenda fecisti, cum videres *Ἀθαναίας στήθεα καὶ λαγόνας*, atque hanc significationem ei suppeditasse versum Homericum *X* 261, ibi enim Achilles Hectorem appellat

Ἕκτορ, μή μοι, ἄλαστε, συνημοσύνας ἀγόρευε.

cf. schol. B et Townl. a. h. l. *ἄλαστόν φησι τὸν ἀνεπίληστα κακὰ δεδρακότα* et Eustath. 1268, 55 *ὅρα δέ, ὡς ἠρκέσθη νῦν σωφρόνως ὁ Ἀχιλλεὺς ἄλαστον εἰπεῖν τὸν Ἕκτορα, ὡς ἀλάληθα λυπήσαντα.*

VI. 52. *βλοσυρός.*

Βλοσυρός glossa est poetis antiquis solum ex Homero Hesiodoque nota. Atque in Iliade legitur *H* 212 *μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι* de Aiace dictum atque *O* 608 *τὼ δέ οἱ* (Hectori) *ὄσσε λαμπέσθην βλοσυρῇσιν ὑπ᾽ ὀφρύσιν.* Praeterea invenitur *βλοσυρῶπις* *Λ* 36

τῇ (ἀσπίδι) δ᾽ ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
δεινὸν δερκομένη.

Deinde quater usurpatum est vocabulum in scuto Herculis: 147 de facie draconis, 175 de leonibus, 191 de Marte, 250 de *Κήρεσιν.* Iam de notione huius vocis diversae sententiae a veteribus grammaticis prolatae sunt: cf. Etym. Magn. 201, 6. *καταπληττικός, φοβερός, δεινός· παρὰ τὸ σοβαρῶς καὶ ἐπηρμένως λεύσσειν ἢ βλέπειν, οἱ δὲ λαμπρὸς ἢ χαλεπός· ἄλλοι σεμνός;* Eustath. 677, 4 *τὸ δὲ βλοσυρὸν δηλοῖ μὲν δεινότητα προσώπου, ἐξ οὗ καὶ βλοσυρωπός ...... οἱ δὲ παλαιοὶ βλοσυρόν φασι καὶ τὸ σεμνόν, παρ᾽ οἷς καὶ χρῆσις Νικοστράτου φέρεται αὕτη· νὴ τὴν Ἀφροδίτην, ὦ ξένη, βλοσυράν γε τὴν ψυχὴν ἔχεις,* Suid.: *ἀξιωματικός, καταπληκτικός, φοβερός, σεμνός.* cf. etiam Et. Gud. 110, 29, Apoll. Soph. 51, 27, Hes.

Iam vero Call. semel hac voce usus est h. VI. 52.

τὰν δ᾽ ἄρ᾽ ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν
ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα

ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα,
χάζευ ἔφα κτλ.

Atque ex hoc loco luce est clarius, quam significationem Call. huic vocabulo vindicaverit; nam iuxta *χαλεπώτερον ὑποβλέψας* positum nihil aliud significare potest nisi *καταπληκτικώτατον*, ut apud Hesiodum. Docuit autem eum hanc vim Homeri *Γοργὼ βλοσυρῶπις*, quam necesse est significare *καταπληκτικὴν ὄψιν ἔχουσαν.*

Omnibus autem his locis dictum est vocabulum de oculis vel facie alicuius animalis; atque etiam apud Hesiodum l. l. vv. 175 et 191, ubi legimus *ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι* et *Ἄρεος βλοσυροῖο ποδώκεες ἵπποι*, sine dubio itidem intellegendum est, etsi oculi vel facies non ipsis verbis adiuncta sunt. Qua cum re concinit, quod apud Apoll. Rhod. IV. 1437 legimus de Hercule: *ὄσσε δέ οἱ βλοσυρῷ ὑπέλαμπε μετώπῳ.* Minus autem concinit locus, ubi dicitur de specu Acherusio II. 740:

σιγὴ δ᾽ οὔποτε τήνγε κατα βλοσυρὴν ἔχει ἄκρην.

Hic enim non est sermo de facie, ne de animali quidem, sed de sacra quadam regione, qua re in hunc locum cadat quam alteram significationem proferunt grammatici, dico *ἀξιωματικοῦ, σεμνοῦ.* Utramque igitur vim vocabulo tribuit Apollonius, id quod significatione vocabuli alicuius in controversiam vocata saepius fecit; bis autem hac vocula eum usum esse, ut responderet numero Homericorum exemplorum, monuit iam Merkelius p. 157.

Atque etiam apud Callimachum in Schneideri quidem editione bis legitur *βλοσυρός* vocabulum; alter quidem locus est frgm. 206. Etenim hic Toupius coniecit

τόφρα δ᾽ ἀνίσχουσα βλοσυρὸν λόφον ἔγρετο Τιτώ

pro *ἀνίσχουσα βοσσόν* quod Tzetzes ad Lycophr. 941 praebet. Quae coniectura cum aliis tum Schneidero admodum probabilis videri poterat, quippe qui scholia

vetera a Kinkelio edita nondum cognovissent; ibi autem versus tali modo traditus est:

τόφρα δ' ἀνήσουσα φῶς λόφων ἔγρετο Τιτώ.

Atque ex his verbis si proficiscimur, satis incerta Toupii coniectura est; itaque ea missa nixi his duobus scholiis versum sanare periclitemur. Prima quidem et extrema pars quippe quae apud utrumque scholiastam congruant nimirum servandae sunt, tum *φῶς* quoque in vetere scholio suum locum habebit, cum bene coeat cum *Τιτώ*, atque apud Tzetzem corruptum videtur in *βοσ*; sed *φάος* puto Callimachum scripsisse, non *φῶς*. Pro *λόφων* autem, quod contra metrum pugnat, fortasse *λόφον* substituendum est e Tzetze. Quae cum consideramus, facile adducimur, ut coniciamus:

τόφρα δ' ἀναίρουσα φάος ἐς λόφον ἔγρετο Τιτώ,

quod et bonum sensum praebet et sine ulla difficultate restitui potest; nam *η* et *αι* quam saepe commutata sint, dici vix potest; et *EC*, quod apud vetus scholion post similes litteras *OC* omissum est, apud Tzetzem facile corrumpi potuit in *σον*. In productione autem extremae syllabae vocis *ἀναίρουσα* ante *φάος* non est quod offendas; nam etiam *τε* ante *φ* productum est h. I. 36.

πρωτίστῃ γενεῇ μετά γε Στύγα τε Φιλύρην τε.

Praeterea affero h. I. 16

αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος ᾧ κε τόκοιο,

quo in versu syllaba *το* verbi *δίζητο* in eodem pede ita producta est, ut caesura intercedat. — Ad sententiam denique cf. Eur. El. 102

Ἕως γὰρ λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται.[1])

VI. 58. *στηρίζειν.*

Ἴθματα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' Ὀλύμπω.

Hoc versu Call. reddit v. *Δ* 443, ubi Homerus de *Ἔριδι* dea dicit

[1]) De vocabulo *βλοσυρός* cf. etiam Bodenheimer l. l. p. 36.

ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Atque vide illum *στηρίζειν* verbum explicasse verbo *ἅπτεσθαι* (cf. paraphr. a. h. l. *προσεπέλασε, ἤγγισε*), ut scilicet caveret, ne quis inepte explicaret caput in caelo, pedem in terra fixum (cf. Verg. Aen. IV. 173). De *ἴθματα* vocabulo, quod habet ex *E* 778.[1])

αἱ δὲ βάτην τρήρωσι πελειάσιν ἴθμα θ' ὁμοῖαι

et Hom. h. in Ap. Del. 114

βὰν δὲ ποσὶ τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὁμοῖαι,

iam Scheerius p. 12 verba fecit. Addendum esset Callimachi frgm. 468

Δωδεκάκις περὶ τύμβον ἐπήγαγεν ἴθματα δίφρου,

si recte *ἴθματα* Boeckhium coniecisse constaret pro *ὄθματα*.

VI. 74. *ἄεθλα.*

Ἦνθον Ἰτωνιάδος νιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα
Ὀρμενίδαι καλέοντες.

Notandum est Callimachum, quod addito *καλέοντες* participio probabile fit, hic vocabulo *τὸ ἄεθλον* voluisse significari certamen, quae significatio utrum exstaret apud Homerum necne ut nunc ita antiquitus ambigebatur. cf. Lehrs. Arist. p. 151, Ludwich. Arist. I. p. 491 et quem afferunt Apoll. Soph. 11, 9. Praeterea schol. B ad *φ* 106 *τὸ γῆμαι τὴν Πηνελόπην πρόκειται νικητήριον· εἰ γὰρ τὸν ἀγωνισμὸν ἔλεγεν, ἀρσενικὸν ἂν ἔφη.* Contra schol. H ad *δ* 241: *ὁ ἆθλος ἀρσενικῶς μόνον ὁ ἀγών, τὸ ἆθλον δὲ καὶ τὸ ἐπινίκιον καὶ ὁ ἀγών.*

VI. 102. *βούβρωστις.*

Νῦν δὲ κακὰ βούβρωστις ἐν ὀφθαλμοῖσι κάθηται.

Hoc in versu *βούβρωστις* vocabulum de Erysichthone dictum quid sit nemini dubium esse potest. Hanc glossam noverunt ex Hom. *Ω* 532

[1]) v. l. est in *N* 71.

ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ (Iuppiter), *λωβητὸν ἔθηκεν,*
καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν

quo ex loco cum vis vocabuli *βούβρωστις* non dilucide appareret, vera significatione ambigui fuerunt poetae et grammatici; cf. schol. AD *κυρίως μὲν ὁ μέγας καὶ χαλεπὸς λιμός· νῦν δὲ ἀντὶ τῆς μεγάλης ἀνίας καὶ λύπης κεῖται ἡ λέξις. ἔνιοι δὲ βούβρωστιν τὸν οἶστρον*[1]) *ἐξεδέξαντο;* schol. B. *σύντονος ὀδύνη μεγάλως τοὺς ἔχοντας ἀναλίσκουσα· ἐν γὰρ ταῖς ἀτυχίαις ὑπὸ λύπης ἑαυτοὺς ἐσθίομεν, ὥσπερ Βελλεροφόντης· οἱ δὲ ἀποδιδόντες λιμὸς ἀγνοοῦσιν ὅτι οὐ λιμώσσει Πρίαμος, ἀλλ' ὀδυνᾶται.* Addit schol. Townl. et V *οἱ δὲ δαίμονα ἥνπερ κατηρῶντο τοῖς πολεμίοις, εἶναι δὲ αὐτῆς τὸ ἱερὸν ἐν Σμύρνῃ,* cum quo comparandus est Plut. quaest. conviv. VI. 8, 4, Eustath. 1663, 60, Etym. Magn. 206, 39.[2]) In Etym. Gud. 113, 24 exhibetur *βούβρωστις ἡ μεγάλως ἐσθίουσα ἀνία. ἢ λιμὸς τὸ σῶμα;* Sturzius adnotat: *μεγάλως-σῶμα. Male;* sed medelam ex Homeri scholiis facile invenias, puto enim *τὸ σῶμα* inserendum esse inter *μεγάλως* et *ἐσθίουσα.* Iam vero Callimachum intellexisse vocabulum *βούβρωστις* bulimum apertum est e sententiarum conexu; venit autem ad hanc significationem Homero interpretando; nam hunc Callimacho ante oculos obversatum esse vel ex attributo *κακά,* quod etiam Homerus habet, apparet. Ita igitur consideravit: id quod homines *ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,* est paupertas et inopia.[3]) Tale quid igitur videbatur ei etiam *βούβρωστις*

---

[1]) Sic Doederlinus emendavit pro *οἶκτον* in Gloss. Hom. No. 117 nixus schol. Plat. p. 152 Ruhnk. *βούβρωστις· πονηρία· ἢ μέγας λιμός· οἱ δὲ οἶστρον· ἢ ἀσθένεια* et Hesych. (ita leg. pro Hesiod.) *βούβρωστις μεγάλη πενία* (ubi ante Doederlinum iam Is. Vossius coniecit *πεῖνα*) *λύπη· ζωύφιον· μέγας λιμός· λύμη, φθορά, φθόνος.*

[2]) ibi quoque *οἶκτον* pro *οἶστρον* exstat.

[3]) cf. Solonis frgm. 32 (Hill.) in Aristot. republ. Athen. XII

esse. Tum quaerenti quae esset etymologia vocis, videbatur *βούβρωστις* orta esse ex *βοῦς* et *βιβρώσκω.* Quae cum ita essent, *βούβρωστιν* idem esse arbitratus est ac *βουλιμίαν.*

Nicander autem prorsus aliter hanc vocem et derivavit et intellexit; scribit enim Ther. 782 sqq.

ἄλλος (σκορπίων) δ' ἐμπέλιος-φορέει δ' ὑπὸ βοσκάδα νηδύν
εὐρεῖαν, δὴ γάρ τε ποηφάγος[1]) *αἰὲν ἄητος*
γαιοφάγος-βουβῶσι τυπὴν ἀλίαστον ἰάπτει·
τοίη οἱ βούβρωστις ἐνέσκληκεν γενύεσσι.

atque scholiasta talia habet: *βούβρωστις δὲ κυρίως ἡ τροφή, νῦν δὲ ἡ ἀνία καὶ ὁ ἰός. ἐνδεικτικὸν δὲ τοῦ σφοδροῦ δήγματος τὸ βούβρωστις, ὡσανεὶ λέγει, τοιαύτη δὲ ἀνία, μεγάλη δηλαδὴ ἀνία, ταῖς γένυσιν ἐνέσκληκεν, ἤγουν ἐνεξήρανται ἢ ἐνεστήρικται.* Idem habet vocabulum etiam Ther. 409

εἰ δ' ὀλοὴ βούβρωστις αἰδρείηφι πελάσσῃ[2])
αὐτοῦ οἱ θάνατός τε καὶ ὠκέα μοῖρα τέτυκται

ubi scholiasta avem dictam esse putat. Oppianus autem Hal. 208 famem intellegit cum dicit *νυκτερίδι* pisci *ἀτέλεστον*

λυσσομανῆ βούβρωστιν ἀνειδέι γαστρὶ φυλάσσει.

Agathias Anth. Pal. XI 379

εἰ γὰρ ἀεὶ βούβρωστιν ἔχεις Ἐρυσίχθονος αὐτοῦ

ut saepius Callimachum ante oculos habet. Constantini denique Manassis v. 3659

πολλοὺς δ' Ἀθήνας, πατρίδ' εἰς θεόκτιτον,
ἀνήγαγον πραθέντας, ἄλλον ἐκδίκως,
ἄλλον δικαίως, τοὺς δ' ἀναγκαίης ὑπὸ
χρειοῦς φυγόντας, γλῶσσαν οὐκέτ' Ἀττικὴν
ἱέντας, ὡς ἂν πολλαχῇ πλανωμένους.

[1]) suo iure O. Schneiderus Doederlini coniecturam l. l. prolatam *βοηφάγος* non recepit.

[2]) scil. cadaveri a basilisco morso.

ἡ βούβρωστις ἡ κοσμική, φάρυγξ ἡ παντοφάγος
de Phoca dictum iam Meinekius laudavit.

VI. 120. *ὡρηφόρος.*

Χὼς αἱ τὸν κάλαθον λευκότριχες ἵπποι ἄγοντι
τέσσαρες, ὧς ἁμῖν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα
λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος καὶ χεῖμα φέροισα
ἡξεῖ καὶ φθινόπωρον, ἔτος δ' εἰς ἄλλο φυλαξεῖ.

Hunc locum illustrare attributum *ὡρηφόρος*, quod Cereri datum est Hom. h. in Cer. 54, 192, 492, observavit Welckerus vir summus; cf. Griechische Götterlehre III. p. 11, ubi dicit: *Nicht weniger schliessen sich die Horen der Demeter an, mit der ihnen geopfert wird (Brunck. anal. II. 50, 2); doch ist, wenn diese oftmals in dem Homerischen Hymnus auf sie ὡρηφόρος genannt wird, zeitige Frucht zu verstehen, nicht dass sie das Jahr anführe, wie dem Kallimachos in seinem Hymnus auf sie einfällt die vier Schimmel ihres Wagens auf die vier Jahreszeiten zu deuten.* cf. *λευκότριχες ἵπποι* v. 120 et *λευκὸν ἔαρ, λευκὸν δὲ θέρος* v. 122. Ceterum hac aetate qua hymnus ille Homericus scriptus sit, non quattuor Horae, sed tres existimabantur. cf. Ideler. Handbuch der Chronologie *I* 243 et 250 ac Roscher. p. 2732.

Frgm. 135. *ἁματροχιά.*

Porphyrius increpat Callimachum, quod *ἁματροχιά* et *ἁρματροχιά* vocabula confuderit in v.

ἀλλὰ θεόντων
ὡς ἀνέμων οὐδεὶς εἶδεν ἁματροχιάς.

Schneiderus autem studet Callimachum defendere, cum neget illum aliter vocabulum usurpasse atque Homerum Ψ 422

τῇ ῥ' εἶχεν Μενέλαος ἁματροχιὰς ἀλεείνων

i. e. ita ut significet concursum rotarum; interpretatur igitur frgm. *dum currunt ea celeritate qua venti solent, nemo vidit in cursu collidi rotas.* Potest sane etiam sic verti locus; sed vix puto Callimachum hoc voluisse, quamquam video nunc Bredavium quoque p. 82 Schneideri sententiam probare; nam primum quidem quod ventis potius comparantur currus, magis puto interpretationem orbitarum commendat, nam venti orbitam non imprimunt. Tum autem Porphyrius melius Callimachi sententiam perspicere potuit, quod integrum locum ei licebat legere; nam tertio p. Chr. n. saeculo Callimachi carmina nondum erant oblitterata vel deperdita.[1])

Sed vix dici debet talem virum non levi socordia haec vocabula confudisse, sed certo hic habemus testimonium eximiae doctrinae Callimachi. Atque et Meinekius p. 153 et Lobeckius ad Buttm. gram. graec. II. p. 424 suspicionem attulerunt de opinione qua adductus *ἁματροχιά* vocabulum interpretatus esset orbitam; ille enim bene putat Callimachum derivasse vocabulum ab obsoleto substantivo *ἅμα* vel *ἄμα* i. e. *ἅρμα*, cuius vestigia non solum in nomine *ἅμαξα* superessent, sed etiam in Hesychi glossa *ἀμάναν· ἅμαξαν;* atque Kaibelius commonefacit etiam glossae Hesychianae *ἄμαλα· τὴν ναῦν, ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν τὴν ἅλα· Αἰσχύλος Πρωτεῖ σατυρικῷ* (Nauck. frgm. 214). Lobeckius autem dicit *ἁματροχιάν* pro *ἁρματροχιά* eadem ratione qua *φατρία* pro *φρατρία, δρύφακτος* pro *δρύφρακτος* positum esse.

Frgm. 190. *δείελον αἰτίζουσιν.*

Quoties apud Homerum cenavissent homines, non apertum erat grammaticis;[2]) Aristarchus enim tres statuit *τροφάς* : *ἄριστον, δεῖπνον, δόρπον*, alii duas rati *ἄριστον* et *δεῖπνον* idem esse, Philemo autem quattuor eas

---

[1]) cf. Wilamow. praefat. p. 6.

[2]) cf. de hac re Robertus Weber in comment. philol. Ribbeckio dedicat. p. 446 et de Dioscuridis *περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ νόμων* libello p. 126 sq.

fuisse voluit et quartam quidem cenam ibi sumpsit e v. 599 libri *ρ*

ἔσσεται οὕτως, ἄττα· σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας

cf. schol. V *πρὸς τὴν δειλινὴν ὥραν παραγενόμενος, τουτέστι τὴν μεσημβρίαν ἢ τὴν ἑσπερινὴν διατρίψας· ἔνιοι δὲ τὴν δειλινὴν τροφὴν αἰτῶν· καὶ Καλλίμαχός φησι*

δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργου

τὴν πρὸς τῇ δειλινῇ τροφὴν αἰτοῦντες· οὐ δεόντως· προειρήκαμεν γὰρ ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τρισὶ τροφαῖς ἐχρῶντο. cf. etiam schol. BH et Eustath. a. h. l. qui ipse quoque Callimachi versum profert. Vides igitur Philemonem opinionem suam fulsisse auctoritate Callimachi.

Frgm. 290. *ἑλικώτατος*.

Notum est e disputatione Scheerii p. 11 et Schneideri II, p. 511 Callimachum cum scriberet *Αἴσηπον ἔχεις, ἑλικώτατον ὕδωρ, ἑλικώτατον* spectasse Homeri versum *B* 825 *πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο*, atque ita illum docuisse *ἑλικόν* vocabulum apud Homerum intellegendum esse n i g r u m; sed quo iure hoc docuisset, nemo demonstravit; immo graviter Scheerius p. 4 invehitur in Callimachum, cum dicit: *scatet sermo Callimacheus eis vocibus quae talibus notionibus indutae sunt quales nunquam habuerunt* et argumentum affert cum alios locos tum hoc frgm. Primus autem Bredavius l. l.[1]) p. 89 attulit Etym. Magn. p. 332, 2 *ἑλὶ γὰρ κατὰ διάλεκτον τὸ μέλαν* et dixit Callimachum quo fuisset studio rariora captandi hanc reconditam doctrinam libenter arripuisse. Atque exstat huius glossae etiam aliud vestigium, quod debeo Kaibelio viro doctissimo; apud Hesychium enim legitur *ἐ λ ί β ο τ ρ υ ς* (lege *ἑλίβ.*) · *ἄμπελός τις μ έ λ α ι ν α.* Videmus igitur ex hoc vocabulo in dialecto nescio cuius regionis nigras uvas nominatas esse

---

[1]) cf. p. 15, 1.

ἑλιβότρυας; atque ex hac dialecto Call. Homeri verbum *ἕλιξ* explicare sibi visus est.

Frgm. 418. *μέροπες*.

Bodenheimer, qui l. l. p. 61 sq. de hac voce verba fecit, demonstravit poetarum tragicorum temporibus nullam aliam vim notam fuisse nisi m o r t a l i u m. Atque tum addit: *neque aliter Alexandrini vocem usurpabant, nisi quod variis modis originem vocabuli explicare studebant.* Hoc in Callimachum quidem cadere demonstrari potest hac re. Is enim semel hoc vocabulo usus est in frgm. 418

ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι
ἀκλαυτὶ μερόπεσσιν ὀιζυροῖσιν ἔδωκε.

Iam vero apud Homerum *N* 569 legitur

γίγνετ' Ἄρης ἀλεγεινὸς ὀιζυροῖσι βροτοῖσιν

et *δ* 197

τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀιζυροῖσι βροτοῖσιν.

Atque sine dubio Call. verbis *μερόπεσσιν ὀιζυροῖσιν* reddidit Homeri *ὀιζυροῖσι βροτοῖσιν*; nam etiam eodem casu usus est.

Frgm. 492. *ἀνιπτόποδες*.

Hoc frgm. etsi corruptum traditum est in scholiis ad *Π* 235, ubi Achilles precatur Iovem Dodonaeum

ἀμφὶ δὲ (Δωδώνῃ) Σελλοὶ
σοὶ ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι

ita: *ἧσεν ἐκδοὺς σάμβαλον αὐλείου*, tamen e scholiastae verbis: *ἀνιπτόποδες· οἱ φυλασσόμενοι μή τι μιαρὸν πατῆσαι. ἢ μὴ προϊόντες τοῦ ἱεροῦ, ὡς μὴ δεῖσθαι νίπτρων. καὶ Καλλίμαχος· ἧσεν κτλ.* concludere possumus et debemus, quae insit sententia; nam ipse Call. testis affertur huius explicationis a scholiasta altero loco prolatae. Itaque necesse est negationem aliquam addere, quod recte Naekius de Hecal. p. 50 statuit, ut sententia evadat, quam e scholiastae verbis poscimus. Videmus igi-

tur Callimachum Sellos nominatos esse *ἀνιπτόποδας* putasse, quod e templo non exiissent in lutum viarum. — In eodem autem Homeri versu Callimachum *χαμαιεύνας* circumscripsisse *γηλεχέας θεράποντας ἀσιγήτοιο λέβητος* in hymn. IV. 286 iam Scheerius p. 23 demonstravit.

Frgm. apud Reitzenst. 20.

Reitzenstein in ind. lect. in acad. Rostoch. habendar. 1890/91 quaedam Callimachi fragmenta nondum edita nobiscum communicavit, quae invenit in genuino Etymologico Magno. Atque primum est (p. 9, 20): *Ἤκαλον ἡσύχως ἢ ἥσυχον· Καλλίμαχος „ἀγροκότε πλεόντος ἤκαλον νότου“. παρὰ τὸ ἦκα ἐπίρρημα. „ἦκα πρὸς ἀλλήλους ἔπεα πτερόεντα“* (*Γ* 155), *ἢ παρὰ τὸ ἄκαλον, ὅθεν ἀκαλαρρείτης γίνεται· ἤκαλον τὸ δὲ ἄκαλον παρὰ τὸ ἕκηλος ὁ ἥσυχος.* Quae ad verba adnotat Reitzenstein: *Callimachi versum sic scripserim ἀργοῦ κότε πνέοντος ἤκαλον νότου. nam ἀργὸς νότος idem est, qui ἀργεστὴς νότος ab Homero appellatur. minus placeret: ἀργοῦ (?) κοτε πλέοντος ἤκαλον ναύτου.* Mihi prior emendatio videtur satis certa esse. Ita autem si Call. scripsit, hoc quoque versu interpretatus est Homerum; etenim recte Reitzenstein dicit *ἀργὸν νότον* idem esse quod apud Homerum *Λ* 306 [1]) sit *ἀργεστὴς νότος.* cf. Horati carm. I, 7, 15

albus ut obscuro deterget nubila caelo
saepe notus neque parturit imbres
perpetuo.

Hoc tamen vocabulum duplici modo explicabatur; cf. Apoll. Soph. 42, 26: *ἀργεστᾶο νότοιο· τινὲς τοῦ λεγομένου λευκονότου. ἔστι δὲ ταχέος· τέσσαρας γὰρ μόνους οἶδεν Ὅμηρος ἀνέμους;* schol. Lips. apud Bachmannum: *δηλοῖ ἢ τὸν λευκὸν ἢ τὸν ταχύν.* Atqui Call. adiunxit

[1]) *ὡς ὁπότε νέφεα Ζέφυρος στυφελίξῃ*
ἀργεστᾶο Νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.

ἤκαλον, itaque notum non intellexit celerem, sed album.

Fragm. apud Reitzenstein 25.

Reitzenstein l. l. p. 13 ex Etymologico genuino haec hausit: *Γέγειος: Γέγειος· ὁ ἀρχαῖος καὶ γέγειαι. εἴρηται παρ' Ἑκαταίῳ καὶ Καλλιμάχῳ· „ἦ ῥ' ὅτι τως ὁ γέγειος ἔχει λόγος“* (fragm. 252) *καὶ „ἠχεῖ γέγειαι ἄνθεα μήκωνός τε καὶ ἣν ὃ πάπυρον ἔδουσι“ κτλ.*, quae verba nixus Suidae glossis *Γέγειαι βόες· αἱ ἀρχαῖαι* et *Ἦνοψ· ὁ λαμπρός „οὐρανὸς ἦνοψ“ καὶ „ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι“,* [1]) *τουτέστι πυρρὸν σῖτον. καὶ ἡ δοτικὴ ἤνοπι* sic emendavit *⟨βόες⟩ ἦχι γέγειαι*

ἄνθεα μήκωνός τε καὶ ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι.

Atque *ἤνοπα* otiosum videtur attributum esse, sed puto Callimachum addidisse, ut obstaret eis qui *ἦνοψ* interpretarentur sonans; cf. schol. B ad *Π* 408

ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος, ὡς ὅτε τις φὼς
πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ

χαλκῷ· τῷ ἀγκίστρῳ· ἀπὸ δὲ τοῦ ὅλου τὸ μερικόν· μόνος δὲ τῶν ἀψύχων ποικίλην ἔχει φωνήν. ἢ καὶ ὁ ἄσημος· τὸ γὰρ ἤνοπι δηλοῖ τὸ ἐμφώνῳ· τυπτόμενος γὰρ ἦχον ποιὸν ἀποτελεῖ. Iam quaeritur, quo modo Callimachus explicaverit *ἤνοπα πυρόν.* Atque Doederlinus quidem in glossar. Hom. I p. 152 dicit: *Aber in welchem Sinn ein anderer (Dichter) ἤνοπα πυρὸν ἔδουσιν verstanden wissen wollte, kann ich nicht errathen: jedenfalls heisst das Waizenkorn eben so gut gewölbt als glänzend, und besser als tönend.* Sed non dubia mihi esse videtur significatio, si animadvertimus Callimachum *ἤνοπα πυρόν* composuisse cum *ἄνθεσι μήκωνος*, cf. Reitzenst. p. 13, 9: *lepide autem descripsit flavam segetem rubris*

[1]) haec verba iam Heckerus vir sagacissimus Callimacho vindicavit; apud Schn. sunt frg. anon. 28.

papaveris floribus distinctam. Probavit igitur sollemnem significationem *λαμπρός*; cf. Suid., schol. B ad Σ 349, BV ad κ 360, Apoll. Soph. 84, 18 al.

De *ἀήρ, αἰθήρ, οὐρανός, Ὄλυμπος* vocabulis.

Fortasse non inutile erit inquirere, quid Call. cogitaverit de iis verbis, quae aërem et caelum significarent apud Homerum, dico *ἀήρ, αἰθήρ, οὐρανός*, quibus vocabulis addendum est *Ὄλυμπος* vocabulum. Atque constat, ut taceam de Leogora Syracusano, qui primus vidisse dicitur *Ὄλυμπον* apud Homerum nihil nisi montem, *οὐρανόν* nihil nisi caelum esse,[1]) Aristarchum accurate observasse, quod discrimen intercederet inter haec verba. Conferas quaeso de hac re Lehrs. l. l. p. 163 sqq., cuius verba afferam: *Ἀήρ terrae proximus usque ad nubes, quae ultra has regio est αἰθήρ et οὐρανός· Οὐρανός enim dupliciter significat et solidum coeli firmamentum (τὸ στερέμνιον) et totam istam superiorem regionem i. q. αἰθήρ. Hinc quibus coelum quasi finitur et clauditur nubes coeli portae dicuntur (E 749). Sed ab eo, qui poetae dicitur οὐρανός, diversus Olympus, qui nec ipsum coelum est nec (ut tum quidam putarunt) quidam coeli locus, sed mons Macedoniae: nec unquam haec commutantur. Cacumina vero Olympi cogitantur nubes excedere: inde est quod Olympus dici possit in coelo esse.* Sequuntur testimonia.[2])

Iam vero videamus, quid Call. his verbis voluerit. Atque *ἀήρ* quidem ter usurpat: II. 5

ὁ δὲ κύκνος ἐν ἠέρι καλὸν ἀείδει,

IV. 176

τείρεσιν, ἡνίκα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται

[1]) cf. Suet. Reiff. p. 139, 13 et Usenerus in Mus. Rhen. XX. 131.

[2]) cf. etiam Mayhoffii disputationem de hac re l. l. p. 70 sqq.

frgm. 34

ἥ με[1]) *Κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης βόστρυχον.*[2])

Hos locos si perlustraveris, statim videbis duobus ultimis *ἀήρ* vocabulum parum apte adhibitum esse de stellarum regione, cum in secundo hymno recte usurpatum sit de inferiore aëre; nam si canens olor fingitur auditus, non supra nubes volare potest, atque ex ipsa propinquitate avis Apollinaris concluditur adventurus deus. Vides igitur plane ut Apollonium (cf. Merk. l. l. p. 76) ita etiam Callimachum, si quidem ab Aristarchi distinctione proficiscimur, confundere vocabula *ἀήρ* et *αἰθήρ*; cf. Schneid. I. p. 293, Scheer. p. 6.

Iam *αἰθήρ* vocabulum apud Callimachum legitur ter: IV. 59

τῷ ῥα καὶ αὐτὴ (Iuno) *μὲν σκοπιὴν ἔχει αἰθέρος εἴσω,*

IV. 257

αὐτίκα δ' αἰθὴρ
χάλκεος ἀντήχησε διαπρυσίην ὀλολυγήν.

VI. 37

ἧς δέ τις αἴγειρος, μέγα δένδρεον, αἰθέρι κῦρον.

Praemitto verisimillimum esse illum, si nescivisset *ἀέρα* esse inferiorem solam partem aëris, ne hoc quidem scivisse *αἰθέρα* esse superiorem solam partem. Recte autem posuit hoc vocabulum primo illo loco, cum apud Homerum quoque dii in aethere habitarent. cf. *Ζεὺς αἰθέρι ναίων* ο 523, *Β* 412, *Δ* 166. Secundo autem loco ab Homeri usu loquendi recedit; nam *αἰθέρα χάλ-*

[1]) sic in cod. Marciano scholiorum Arateorum cf. de Wilamow. Herm. XIV. p. 199.

[2]) Denique licet etiam e Catulli coma Berenices carm. 66 afferre v. 6

ut Triviam furtim sub Latmia saxa relegans
dulcis amor gyro devocet aerio.

cf. Kiessling ad Hor. carm. I, 28, 5.

κεον voluit idem significare atque Homeri *χάλκεος οὐρανός* *P* 425 vel *πολύχαλκος οὐρανός* *γ* 2, *E* 504.[1]) Atqui potest sane etiam apud Homerum *αἰθήρ* idem esse atque *οὐρανός*; non potest, si *οὐρανός* est „solidum coeli firmamentum, *τὸ στερέμνιον*" ut his locis. Restat locus ille sexti hymni, cum quo conferendus est Apollon. Rhod. IV. 945

αἰθ' (πέτραι) ὁτὲ μὲν κρημνοῖς ἐναλίγκιαι ἠέρι κῦρον.

Hos Callimachi Apolloniique locos qui camparaverit, quis non statim suspicabitur etiam hic ut saepe[2]) alterum alterum corrigere studuisse? Iam uter utrum correxerit, cum nesciamus, quando h. VI. a Callimacho scriptus sit, magna est quaestio. Probius sane habet Call., sed cum verisimile sit, ut supra dixi, veram significationem vocabuli *αἰθέρος* illum nescivisse, immo falso illud usurpasse modo viderimus: praestet hoc non premere. Iam vero apparet Apollonium ante oculos habuisse *μ* 75

οἱ δὲ δύω σκόπελοι· ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
ὀξείῃ κορυφῇ κτλ.

cum hic quoque de altitudine scopuli sermo esset, Callimachum autem, cum de arbore diceret *αἰθέρι κῦρον*, memorem illum fuisse locorum Homericorum velut *ε* 237 sq. *ἦρχε δ' ὁδοῖο*

νήσου ἐπ' ἐσχατιὴν, ὅθι δένδρεα μακρὰ πεφύκειν,
κλήθρη τ' αἴγειρός τ' ἐλάτη τ' ἦν οὐρανομήκης

et *Ξ* 287 sq.

εἰς ἐλάτην ἀναβὰς περιμήκετον, ἣ τότ' ἐν Ἴδῃ
μακροτάτη πεφυυῖα δὶ ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν.

Hinc igitur Call. didicit altas arbores per aërem prominere in aethera, atque hanc ob causam scripsit *αἰθέρι κῦρον*. Sed veram significationem *αἰθέρος* illum ignorasse vel ex hoc loco perspicuum est; fugit enim

1) cf. Aulin. l. l. p. 23, Scheer. p. 17.
2) cf. p. 23.

eum illam Homeri pinum stare in Ida, qua re nihil habet miri, quod supra nubes porrecta est in aethera; contra Call. ne verbum quidem dicit populum illam in monte aliquo stantem se fingere. Atqui arbor, quae in planitie stat, etsi *μέγα δένδρεον* est, non potest esse *αἰθέρι κῦρον*. Ut autem ex Homeri loco comparato apparet Callimachum nescium fuisse propriae significationis vocis *αἰθέρος*, ita etiam sequi mihi videtur eum corrigere voluisse Apollonium; cum enim legeret illum, certo ut altitudinem significaret,[1]) dicere scopulos prominere in *ἀέρα*, meminerat Homerum, ut altitudinem arboris demonstraret, facere illam *δι' ἠέρος αἰθέρα ἱκάνουσαν*, atque ideo Apollonium docere sibi visus est illi dicendum fuisse non *ἠέρι κῦρον* sed *αἰθέρι κῦρον*.

Iam vero ex his, si recte disputata sunt, sequitur sextum hymnum Callimachum scripsisse post absolutam aut *ἐπέκδοσιν* aut certe *προέκδοσιν* Argonauticorum; utrum verum sit, vix disceptari poterit; hoc autem concludere possumus falsam esse opinionem Wilamowitzii, quam protulit Susemihlius in Anal. Alex. p. 11 sq., ubi dicit Callimachum h. VI. scripsisse in diem festum Eleusinis, Alexandriae suburbii, cum ibi magister esset; nam cum hoc tempore adulescens esset Call. (cf. Susem., Gesch. d. griech. Litt. I. p. 348), Apollonius tantum abest ut iam ultimum Argonauticorum librum confecerit, ut vix natus fuerit. Atque etiam Susemihlius nunc contra Wilamowitzium stat (l. l. p. 358, 56).

Sed ut revertamur unde digressi sumus, videmus uno tantum loco Callimachum *αἰθέρος* vocabulo recte usum esse, et hoc inscium verae notionis vocis illum fecisse quis negaverit?

1) nam cf. quae sequuntur:
ἄλλοτε δὲ βρύχιαι νεάτῳ ὕπο πυθμένι πόντου
ἠρήρειν, τὸ δὲ πολλὸν ὑπείρεχεν ἄγριον οἶδμα.

Iam venimus ad *οὐρανοῦ* vocabulum, quod semel legitur h. I. 59

τῷ τοι (Iovi) *καὶ γνωτοὶ προτερηγενέες περ ἐόντες*
οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.

Hic manifesto significat caelum Iovis domicilium et plane Homerico modo est dictum, cf. *O* 192

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν.

Eadem sententia subest, si Iovem nominat *οὐράνιον* ut h. I. 55

καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ

et in epigr. 52

ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Γανυμήδεος οὐράνιε Ζεῦ

cf. etiam IV. 38

ἐπεὶ βαθὺν ἥλαο (Asteria) *τάφρον*
οὐρανόθεν φεύγουσα Διὸς γαμὸν ἀστέρι ἴση.

Atque porro progressus omnes deos appellat *οὐρανίδας* h. I. 3

Πηλαγόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον οὐρανίδῃσι

quod analogon habet solum in Hom. h. in Cerer. 55

τίς θεῶν οὐρανίων ἠὲ θνητῶν ἀνθρώπων,

cum Homero dii sint *ἐπουράνιοι:* cf. *ρ* 484, *Z* 129, 131, 527 et *Οὐρανίωνες:* cf. *η* 242, *ι* 15, *ν* 41, *A* 570, *P* 195, *Ω* 612 et Lehrs l. l. p. 191.

Denique *Ὀλύμπου* vocem semel usurpat propria significatione h. III. 117 *Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ.* Contra domicilium deorum est h. I. 62

τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄιδι κλῆρον ἐρύσσαι;

et IV. 220

σὺ δὲ (Hera) *κρείουσα κάθησαι γνησίη Οὐλύμποιο.*

VI. 58 autem

κεφαλὰ δὲ οἱ (Cereri) *ἅψατ' Ὀλύμπῳ*

manifesto dictum est pro firmamento, *στερεμνίῳ*, quod apud Homerum est tantum *οὐρανός;* cf. Scheer. p. 14.

Videmus igitur Callimachi temporibus has omnes res non iam distinctas fuisse vel discretas.

Ex eis, quae in antecedentibus disputavi, denuo apparet, quod iam diu notum est, quam arte Call. pendeat ex Homeri dictione. Eo magis mirum nobis videtur, si animadvertimus interdum **poetam doctum aperte oblocutum esse Homero.** Sequantur exempla:

I. 70 sqq.

Εἵλεο (Iuppiter) *δ' αἰζηῶν ὅ τι φέρτατον· οὐ σύ γε νηῶν*
ἐμπεράμους, οὐκ ἄνδρα σακέσπαλον, οὐ μὲν ἀοιδόν·
ἀλλὰ τὰ μὲν μακάρεσσιν ὀλίζοσιν αὖθι παρῆκας
ἄλλα μέλειν ἑτέροισι, σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
αὐτούς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς,
ὧν ἐρέτης, ὧν πάντα· τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν;

Totus hic locus respicere mihi videtur ad *N* 730 sqq.

ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήια ἔργα,
ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν·
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τιθεῖ νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλόν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι.

Manifesto hic recedit poeta doctus ab Homero; Callim. enim dicit: Iuppiter non curat nautas vel milites vel poetas, sed hos omnes concessit minoribus dis, ipse solos reges sibi delegit; contra Homerus: deus, i. e. nimirum Iuppiter, hunc fecit militem, illum saltatorem, illum poetam, illum consiliorum auctorem. In his duorum poetarum verbis aperta inest oppositio; nam apud Homerum Iuppiter id facit, quod Call. eum facere negat. Atqui inter omnes constat cum aliis locis[1]) tum hic, cum verba faciat de Iove aut Apolline, non tam deum spectare Callimachum quam Philadelphum; atque

---

[1]) cf. I. 55 sqq., II. 26, 36, IV. 165, 171; Susem. l. l. I, p. 358.

haec profecto est causa, cur hoc loco audeat Homero obloqui, scilicet ut suum regem redderet, ut ita dicam, diviniorem.

Non autem fugit me propriam sententiam diversam esse apud Callimachum et Homerum; nam apud hunc Polydamas vult dicere: di tribuerunt alii aliud, cum apud Callimachum sententia sit: Iuppiter minutias tribuit minoribus dis, ipse solos reges curat. Sed tamen puto Callimachum his versibus quasi digito monstravisse Homeri locum, ut unusquisque, qui eius verba audiret, commonefieret Homeri. Atque unum vocabulum ex sententia quam Polydamas profert eximit, dico nomen *ϑεός*, huic soli obsistit quasi iocose atque hac voce utitur modo poetae vere Alexandrini, ut adnectat acumen quoddam adulationemque in regem suum versam. Simul autem eis vocibus quas usurpat audientibus in memoriam redigit locum Hesiodeum (Theog. 94) [1])

Ἐκ γὰρ Μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χϑόνι καὶ κιϑαρισταί.
ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

Atque Hesiodum quasi auctorem suae sententiae contra Homerum affert; nam etiam apud illum poetae ad Apollinem referuntur (cf. Call. v. 78), ad Iovem soli reges (cf. Call. v. 79).

Similis autem locus est h. I. 60, nam hic quoque Callimachum Iovis nomine Ptolemaeum Philadelphum significavisse ab aliis iam monitum est. Verba autem

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληϑέες ἦσαν ἀοιδοί.
φάντο πάλον Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι·
τίς δέ κ' ἐπ' οὐλύμπῳ τε καὶ ἄιδι κλῆρον ἐρύσσαι,
ὃς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
πήλασϑαι· τὰ δὲ τόσσον ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι

dicta esse contra Homerum *O* 187 sqq.

[1]) = Hom. hymn. XXV. 2 sqq.

τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκετο
Ῥέα,
Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀίδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.
τριχϑὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς·
ἢ τοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
παλλομένων, Ἀίδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα,
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰϑέρι καὶ νεφέλῃσιν

luce est clarius, neque minus manifestum mihi esse videtur hac sola ex causa Callimachum ab Homero recessisse, ut regem suum adularetur, cui

γνωτοὶ προτερηγενέες περ ἐόντες
οὐρανὸν οὐκ ἐμέγηραν ἔχειν ἐπιδαίσιον οἶκον.

Quodsi in his versibus nihil inesse putas nisi meram adulationem, non est quod mireris, cum vides alio loco Callimachum sententiam proferre huic prorsus contrariam, dico in frgm. 195 et 465

Μηκώνην μακάρων ἕδρανον αὖτις ἰδεῖν
ἧχι πάλους ἐβάλοντο, διεκρίναντο δὲ τιμὰς
πρῶτα γιγαντείου δαίμονες ἐκ πολέμου,

atque concedas non necessarium esse id quod Meinekius contendit p. 131: „*Quae hoc certe docent, elegiacum carmen (Aetia puto), ex quo versus illi servati sunt, longo temporis intervallo post hymnum in Iovem a poeta fuisse compositum.*"

Sed ut revertar ad priorem locum, etiam hoc animadvertendum est ut apud Homerum v. 731 *ἑτέρῳ* respondeat *ἄλλῳ*, ita etiam — sed modo aliquantum diverso — apud Callimachum v. 73 *ἄλλα μέλειν ἑτέροισι* dictum esse. cf. etiam *I* 472 sq. *οὐδέ ποτ' ἔσβη*

πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰϑούσῃ εὐερκέος αὐλῆς,
ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ

et schol. a. h. v.: *ὅτι πάλιν δοκεῖ τὸ ἄλλο πρὸς τὸ ἕτερον συγκεχύσϑαι.*[1])

[1]) Aliquantulum aliter res se habet *I* 313
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύϑῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ,

Sed unum obstare videtur; in schol. enim Townl. legimus *Ζηνόδοτος δὲ ὁ Μαλλώτης προστίθησιν „ἄλλῳ δ' ὀρχηστύν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν“*; cf. etiam schol. A a. h. l. *ἐν ἄλλῳ καὶ οὗτος „ἄλλῳ δ' ὀρχ.“ κτλ.* et Eustath. 957, 10 *ἰστέον δέ, ὅτι ἐν τῷ „ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε“ κτλ. προσγράφει κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὁ Μαλλώτης Ζηνόδοτος καὶ τοῦτον τὸν στίχον· „ἄλλῳ δ' ὀρχηστ.“ κτλ.* Iam igitur, si hic versus re vera a Zenodoto Malotte, quem discipulum Cratetis fuisse diuque igitur post Callimachum vixisse scimus, additus est, quaestio oritur, ignoraritne eum Callim., id quod ego negaverim; nam primum non casui tribuam hunc quoque illo loco sibi respondentes opposuisse *ἄλλα* et *ἑτέροισι*, ut factum esse vidimus illo v. 731; tum autem aperte Callim. verbo *ἀοιδόν* significavit illud *κίθαριν καὶ ἀοιδήν.* Novit igitur Call. hunc versum iam ante Zenodotum Mallotem fortasse ex eodem fonte, ex quo hic eum exhausit; nam ex suo ipsum ingenio illum effinxisse non existimo. Aristarchus autem versum ignorasse videtur, nam Aristonicus Δ 320 citat v. 730 et 732 omisso 731. cf. Ludwich, Arist. hom. Textkrit. I, p. 365.

Iam saepius animadvertimus Callimachum, si cuius vocabuli significatio in **controversiam** esset vocata, sua interpretatione prolata hanc contentionem **dirimere** studuisse; cuius rei etiam plura afferre licet exempla. Atque primum quidem in eis quaestionibus quae grammaticas res spectant professus est quid censeret his locis:

ubi schol.: *ὅτι δοκεῖ συγκεχύσθαι τὸ ἕτερον· ἔδει γὰρ ἕτερον δὲ εἴπῃ, ἑτέρου πρὸς ἕτερον ἀντιδιαστελλομένου· τὸ γὰρ ἄλλο ἐπὶ πλειόνων τίθεται.* Sed hic *ἄλλο* significat rem diversam esse ab ea quae inest in *ἕτερον.*

I. 34. *κευθμός.*

Νέδη δέ σε δῶκε κομίσσαι Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον. Formam *κευθμόν* pro *κευθμῶνα* Call. habet ex Hom. *N* 28

ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ
πάντοθεν ἐκ κευθμῶν.

Et hic quidem locus unicus est, Odyssea bis habet *κευθμῶνας.* *κεῦθος* autem non potuit ponere Call., nam exstat solum plurale *κεύθεα γαίης* apud Homerum. Itaque significat poeta *κευθμός* ad latebras significandas vel antra et antiquissimum et luculentissimum vocabulum esse. Scholiasta habet *σπήλαιον* ad Callimachi versum; apud Hesychium autem *ἐτυμολογικώτερον* explicatur *κατάδυσις, πυθμήν κτλ.* Zonar. 1187 *σκότος, κρύψις· ἐκ τοῦ κεύθω τὸ κρύπτω κτλ.* et sic voluit Call. „in occulto antro“.

De derivatione autem huius formae *κευθμῶν* controversiam fuisse inter viros doctos testatur nobis schol. Townl. a. h. v. *τὸ δὲ κευθμῶν· οἱ μὲν συγκοπήν, οἱ δὲ ὅτι κευθμὸς ὡς τεθμός, Ἰακῶς, ὡς βαθύλειμος βαθυλείμαν.* Nonnulli igitur grammatici putabant, formam *κευθμῶν* ortam esse syncopa e forma *κευθμώνων*, alii nomen „*κευθμός κευθμοῦ*“ statuerunt. Iam Callim. eam formam (*κευθμόν*) usurpat, qua appareat sese quoque nominativum „*κευθμός*“ agnoscere eaque ex forma derivare *κευθμῶν* genetivum pluralis, itaque *κευθμῶν* Homericum syncopa ortum esse negat. Atque hanc sententiam non unius Callimachi fuisse discimus etiam ex Eustathio a. h. v. qui dicit: *τὸ δὲ κευθμῶν ἀπὸ εὐθείας ἐστὶ τῆς ὁ κευθμὸς ὡς δρυμός, σταθμός, βαθμός· τοὺς δὲ εἰπόντας αὐτὸ συγκεκόφθαι ἐκ τοῦ κευθμώνων εὖ ποιοῦντες οὐκ ἀποδέχονται οἱ παλαιοί.* Ceterum forma *κευθμός* etiam Lycophroni probata est, qui dicit v. 317

ἡ τοκὰς κόνις
χανοῦσα κευθμῷ χείσεται διασφάγος.

Alio loco *κευθμός* invenitur nullo.

I. 53. *τεύχεα πεπλήγοντες.*

Similes formas legimus *M* 125 *ὀξέα κεκλήγοντες*, *Π* 430 *κεκλήγοντες*, *P* 756 et 759 *οὖλον κεκλήγοντες*. Iam schol. A ad *M* 125 dicit: *κεκλήγοντες ὡς ἀρήγοντες· οὐ γὰρ τὸ κεκληγότες ἐπλεόνασε τῷ ν, οὐδὲ παρὰ τὸ „ὀξέα κεκληγώς" ἐκλίθη, ἀλλὰ παρὰ τὸ κέκληγα γέγονεν ὁ ἐνεστὼς κεκλήγω, ὡς παρὰ τὸ ἄνωγα ἀνώγω, πέπληγα πεπλήγω, ἔνθεν τὸ „ἐπέπληγον πόδες ἵππων". ἀκόλουθος δὲ τῷ κεκλήγω μετοχὴ ἡ κεκλήγων βαρυνομένη, ἔνθεν τὸ κεκλήγοντες.* Atque Aristarchus quidem locis supra nominatis in priore editione hanc veterem formam *κεκλήγοντες*, quam nobis testatur etiam Etym. Magn. p. 500, 3 et Eustath. 1126, 42, agnovit, in altera autem recensione scripsit *κεκληγῶτες*. Cf. schol. A ad *Π* 430 *κεκλήγοντες· ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου κεκληγῶτες*, ad quae verba addit schol. V et Townl. *οὕτως καὶ αἱ πλείους* et ad *ξ* 30 *κεκληγῶτες καὶ κεκλήγοντες διχῶς αἱ Ἀριστάρχου*. Callimachum autem ipsum quoque statuisse praesens *πεπλήγω* e perfecto *πέπληγα* formatum discimus ex hoc loco, atque simul videmus sicut scholium illud ad *M* 125 adscriptum, e quo loquentem audimus Herodianum, etiam Callimachum putasse formam *ἐπέπληγον* *E* 504 derivatam esse a *πεπλήγω* non, quod verum est, ab *ἐπιπλήσσω*.[1])

Iam legitur in schol. B ad *B* 264 *πεπληγώς· τινὲς πεπληγών ὡς τὸ „πέπληγον δὲ χορὸν ποσσίν"*, ubi iam Schneid. I 53 et Christius a. h. v. coniecerunt scribendum esse *πεπλήγων*. Haec coniectura si vera est, nonne perspicuum videtur hanc scripturam Callimachum legisse cum scriberet *τεύχεα πεπλήγοντες* suaque auctoritate eam fulcire voluisse?

---

[1]) Ceterum Aratus (cf. Schneid. I, p. 151) non scripsisse videtur *πεπλήγοντες*, cum *M*, quem librum unicum fundamentum in recensendo Arato esse docuit Maassius in Herm. XIX, p. 100, habeat *ἐπιπλήσσοντες*.

Qui autem ante Wilamowitzium Callimachum ediderunt, putarunt in h. III. 61 similem eum formam illius *πεπλήγοντες* usurpasse quippe qui scriberet *σίδηρον ἀμβολαδὶς τετύποντες;* contra Wilamowitzius et, qui nuperrime Callimachi hh. III et V edidit in Rivista di filologia XX, p. 516 sqq. 1892, Nigra, qui a rege reipublicae Italicae Vindobonam est delegatus, scripserunt *τετυπόντες*. Atque codicum scriptio fluctuat inter *τετύποντος* AB et *τετυπόντος* C et *τετυπόντες* EF et *τε τυπόντες* IM, qua ex re cum et C et E habeat paroxytonon, hoc fuisse etiam et in Aurispae (apud Wilam. A) et in Philelphi apographo (ap. Wil. E) fortasse aliquis coniecerit, nisi hac in re omnino libris fere nihil fidei tribuendum esset. Sed perfectum *τέτυπα* Callimachum finxisse non putaverim, praesertim cum haec forma nullum habeat fundamentum in Homero positum, velut *κεκλήγω, ἀνώγω, πεπλήγω*. Itaque verum Callimacheum Wilamowitzium Nigramque arbitror servasse *τετυπόντες;* ad sensum autem ubi respicis, utraque forma et *τετύποντες* et *τετυπόντες* locum habere potest.

IV. 304. *ὑπαείδω.*

Οἳ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος.

cf. III. 242 *ὑπήεισαν δὲ λίγειαι Λεπταλέον σύριγγες.* Hi duo loci effecti sunt ad exemplum Homeri *Σ* 570

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ.

Hunc quidem locum Callimachum habuisse ante oculos demonstrat praesertim v. *Σ* 571 comparatus cum h. III. 243 et IV. 306; cf. p. 28. Cf. etiam *φ* 411

δεξιτερῇ δ' ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νευρῆς
ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε, χελιδόνι εἰκέλη αὐδήν.

et h. in Merc. 54 = 502

ἡ δ' ὑπὸ χειρὸς
σμερδαλέον κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.

Iam controversia est inter viros doctos, utrum tmesis his locis statuenda sit, an *ὑπό* pro adverbio sit accipiendum. Ac tmesin quidem agnoscunt Hoffmannus, hom. Unters. IV. 11, qua uno eodemque modo possit explicari hoc verbum tribus illis locis, La Roche in Zeitschr. f. östr. Gymn. XII, 1861, p. 373, 90, alii; adverbium Ebelingius, Crusius, Ameisius alii qui *φ* 411 interpretantur *ὑπὸ δεξιτερῇ χειρί*. Utra autem ratio placuerit Callimacho, aperte vides e locis supra citatis.[1])

VI. 135. *εὐηπελία.*

Notum est vocabulum *εὐηγενής* apud Homerum, quod legitur *Λ* 427, *Ψ* 81, h. IV in Ven. 229. Didymus autem ad *Ψ* 81 nobis tradit (schol. A): *ἐν τῇ Ῥιανοῦ καὶ Ἀριστοφάνους εὐηφενέων διὰ τοῦ φ, εὖ τῷ ἀφένῳ χρωμένων, ὡς Κλέαρχος ἐν ταῖς γλώτταις.* Atque causa quidem, qua permoti hi viri docti mutaverunt, sine dubio est, quod *η* in *εὐηγενής* vocabulo explicare non potuerunt.[2]) Iam Kaibelius vir doctissimus suspicit Callimachum versu

χαῖρε, θέα, καὶ τάνδε σάω πόλιν ἐν θ᾽ ὁμονοίᾳ
ἔν τ᾽ εὐηπελίᾳ· φέρε δ᾽ ἀγρόθι νόστιμα πάντα

hac ex causa *εὐηπελία* vocabulum finxisse, ut formam *εὐηγενής* tueretur.[3])

Interdum hae controversiae se referunt ad res geographicas. Sic

[1]) Ante illum, quantum videre possumus, unus Aristophanes usus est verbo *ὑπᾴδω* scil. in Ranis 874, sed alia significatione, rursus alia ibid. 366.

[2]) cf. Nauck. l. l. p. 50, Mayhoff. l. l. p. 47, alios quos affert Ameis. in append. ad *Λ* 427.

[3]) Ceterum nunc video etiam Bredavium p. 14 componere *εὐηπελίας* et *εὐηγένους* vocabula, qui dicit: *Littera η simili modo (κατ᾽ ἐπένθεσιν) inserta est atque in voce εὐηγενής.*

V. 60.

Ἀλλὰ καὶ ἀρχαίων εὖτ᾽ ἐπὶ Θεσπιέων
ἐλαύνοι ἵππως Minerva, comes est Chariclo. Haec si quis legit, opinetur *ἀρχαίων* esse epitheton quod dicunt ornans. Sed is qui imbutus est Callimachi genere dicendi, scit otiosa frustra quaeri apud hunc poetam; itaque statuere nos oportet illum certo quodam consilio Thespias nominasse vetustas, vel, ut accurate loquar, Thespienses vetustos, quod consilium enucleasse studuit Kaibelius praeceptor humanissimus. Etenim in *Β* 498 legitur

Θέσπειαν Γραῖάν τε καὶ εὐρύχορον Μυκαλησσόν.

Atque Graea oppidum postea plane evanuit, ita ut nescirent grammatici, quodnam oppidum Homerus diceret; iam erant qui arbitrarentur Tanagram esse Graeam. cf. Strabo (ni fallor ex Apollodoro) IX, 2, 10 *καὶ ἡ Γραῖα δ᾽ ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον ..... τινὲς δὲ τῇ Τανάγρᾳ τὴν αὐτήν φασιν* et quae narrat Paus. IX, 20, 2 et Eustath. 266, 18. Sed schol. B a. h. v. hanc opinionem refellere studet: *Γραῖαν· ἀπὸ Γραίας τῆς Μεδεῶνος θυγατρὸς, Λευκίππου δὲ γυναικός. Ταναγραῖοι γὰρ οὐκ ἐστράτευσαν, ὡς Εὐφορίων „οἳ πλόον ἠρνήσαντο καὶ ὅρκον Αἰγιαλήων“* (cf. Mein. frgm. 80, p. 146 vel anal. Al. p. 115). Iam vero Call., ut putat Kaibelius, Homericum versum scribi voluit *Θέσπειαν γραῖάν τε κτλ.*, ita ut *γραῖαν* epitheton esset ad *Θέσπειαν* additum, quod etiam *εὐρύχορον* Mycalesso additum est; atque hanc sententiam profiteri voluit, cum scripsit *ἀρχαίων Θεσπιέων*. Haec speciosa sententia paene pro certo affirmari liceret, si compertum haberemus Callimachum quoque in dubio fuisse de oppido Graea; scimus autem e Steph. Byz. p. 601, 2 illum hoc oppidum in Tanagraeis finibus situm existimasse. Is enim dicit p. 600, 12 *Τάναγρα, πόλις Βοιωτίας, ἣν Ὅμηρος Γραῖαν καλεῖ διὰ τὸ πλησίον εἶναι ..... τὴν δὲ Γραῖαν ἔνιοι λέγεσθαι τὸ νῦν τῆς*

Θηβαϊκῆς καλούμενον ἕδος, τινὲς δὲ τὴν Ταναγραίαν, ὧν εἷς ἐστι καὶ Καλλίμαχος (frgm. 370), *Ἀριστοτέλης δὲ Γραῖαν τὴν νῦν Ὠρωπόν κτλ.*

Frgm. 218. *Φθῖοι.*

Callimachum non iis assensum esse, qui falso opinabantur *Φθίους* differre a *Φθιώταις*, testatur nobis Ammon. de different. vocab. p. 143 *Φθῖοι καὶ Φθιῶται διαφέρουσι. Φθῖοι μὲν γὰρ οἱ ὑπὸ τῷ Πρωτεσιλάῳ ..... Φθιῶται δὲ οἱ ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ ..... ἠγνόησεν οὖν Καλλίμαχος εἰπὼν*

οὐδ' ἔτι τὴν Φθίων εἶχεν ἀνακτορίην

quod frgm. quo melius insereret in Aetiorum elegiam, qualem ipse sibi finxit, Schneiderus *τήν* mutavit in *δήν*. Alios autem, qui idem discrimen statuebant, affert Schneiderus. De *ἀνακτορίης* voce cf. Scheer p. 10.

In aliam controversiam vocatus est hymni Homerici IV in Venerem v. 264 et sqq., ubi de nymphis talia narrantur:

τῇσι δ' ἅμ' ἢ ἐλάται ἠὲ δρύες ὑψικάρηνοι
γεινομένῃσιν ἔφυσαν ἐπὶ χθονὶ βωτιανείρῃ,
καλαί, τηλεθάουσαι, ἐν οὔρεσιν ὑψηλοῖσιν
ἑστᾶσ' ἠλιβάτοις[1]) *τεμένη δέ ἑ κικλήσκουσιν*
ἀθανάτων· τὰς δ' οὔτι βροτοὶ κείρουσι σιδήρῳ·
ἀλλ' ὅτε κεν δὴ μοῖρα παρεστήκῃ θανάτοιο,
ἀζάνεται μὲν πρῶτον ἐπὶ χθονὶ δένδρεα καλά,
φλοιὸς δ' ἀμφιπεριφθινύθει, πίπτουσι δ' ἄπ' ὄζοι,
τῶν δὲ θ' ὁμοῦ ψυχὴ λείπει φάος ἠελίοιο.

Hic enim locus multis videtur scrupulos movisse, id quod ut puto vel inde concludere possumus, quod in h. IV v. 83 impetu quodam eos qui legunt urget Call., ut confiteantur quid sentiant; nam versibus 79 sqq.

[1]) sic coniecit O. Schneiderus in Zeitschr. f. Altert.-Wissensch. 1840 p. 95.

ἣ δ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη
αὐτόχθων Μελίη καὶ ὑπόχλοον ἔσχε παρειὴν
ἥλικος ἀσθμαίνουσα περὶ δρυός, ὡς ἴδε χαίτην
σειομένην Ἑλικῶνος. ἐμαὶ θεαί, εἴπατε, Μοῦσαι,
ἦ ῥ' ἐτεὸν ἐγένοντο τότε δρύες ἡνίκα Νύμφαι;
„Νύμφαι μὲν χαίρουσιν, ὅτε δρύας ὄμβρος ἀέξει,
Νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν, ὅτε δρυσὶν οὐκέτι φύλλα"

videtur mihi Call. hunc locum ex Homerico hymno laudatum respicere. Videmus autem Callimachi musas aliud respondere[1]) atque hymni poetam; apud illum enim non moriuntur nymphae una cum arboribus, lugent tantummodo harum obitum, sed una cum eis nascuntur, nam *ἧλιξ* est *δρῦς* (v. 81).[2]) Atque eodem modo res se habet apud Apollon. Rhod. II. 476, ubi Phineus e Paraebii patris vita talia narrat:

ὃ γὰρ οἶος ἐν οὔρεσι δένδρεα τέμνων
δή ποθ' ἁμαδρυάδος νύμφης ἀθέριξε λιτάων,
ἥ μιν ὀδυρομένη ἀδινῷ μειλίσσετο μύθῳ,
μὴ ταμέειν πρέμνον δρυὸς ἥλικος, ᾗ ἔπι πουλὺν
αἰῶνα τρίβεσκε διηνεκές· αὐτὰρ ὃ τήνγε
ἀφραδέως ἔτμηξεν ἀγηνορίῃ νεότητος.
τῷ δ' ἄρα νηκερδῆ νύμφη πόρεν οἶτον ὀπίσσω
αὐτῷ καὶ τεκέεσσιν.

Hic quoque *δρῦς* est *ἧλιξ*, neque nympha obit una cum arbore,[3]) immo superbiam hominis nefarii ulciscitur. In scholio autem a. h. l. (= schol. Theocr. III. 13, = Et. Magn. 75, 30) legimus: *ἁμαδρυάδας νύμφας Μνησί-*

[1]) nam vv. 84 sq. continere responsum Musarum recte vidit primus de Wilamowitz.

[2]) Ita etiam Nonnus, qui Dion. II. 92 seq. aperte hunc Callimachi locum imitatur (cf. etiam v. 98 *εἷς δρόμος ἔστω ἀμφοτέραις* et Call. v. 75 *φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἕνα δρόμον*) hunc intellexit, ut Hamadryades non moriantur una cum arboribus suis, immo fugiunt arbore obita; atque itidem XXXVII. 20.

[3]) etsi schol. hoc credit; nam dicit *συγγεγεννημένη γὰρ οὖσα ἐὰν ἐκκοπῇ, παραιτίαν αὐτῇ ἔσεσθαι θανάτου;* sed cf. *νηκερδῆ νύμφη πόρεν οἶτον ὀπίσσω αὐτῷ κτλ.*

μαχός φησι διὰ τὸ ἅμα ταῖς δρυσὶ γεννᾶσθαι· ἢ ἐπεὶ δοκοῦσιν ἅμα ταῖς δρυσὶ φθείρεσθαι, νύμφαι Ἁμαδρυάδες λέγονται. Atque tum sequitur narratio e Charone Lampsaceno hausta, qua refertur Rhoecum arborem aliquam fulciendam curasse, *ἣ δὲ μέλλουσα συμφθείρεσθαι τῇ δρυὶ νύμφη ἐπιστᾶσα τῷ Ῥοίκῳ χάριν μὲν ἔφασκεν εἰδέναι ὑπὲρ τῆς σωτηρίας, ἐπέτρεπεν δὲ αἰτήσασθαι ὅτι βούλοιτο κτλ. καὶ Πίνδαρος δέ φησι περὶ νυμφῶν ποιούμενος τὸν λόγον „ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχοῦσαι“.* cf. Serv. ad Verg. Aen. I. 500: *quae cum silvis nascuntur, Amadryades,* X. 18: *unde et Deae arborum cum arboribus vivunt et cum arboribus dicuntur mori, quocirca et Ἁμαδρυάδες sunt appellatae.* Alios locos invenies apud Roscherum s. v. Hamadryaden, ubi de tota hac controversia agit Stollius. Callimachum autem etiam in libro, quem *περὶ νυμφῶν* scripsit, fusius de hac re disseruisse suspicatus est Kaibelius. cf. p. 7.

V. 133.

Ἐπεὶ μώνᾳ Ζεὺς τόγε θυγατέρων
δῶκεν Ἀθαναίᾳ, πατρώια πάντα φέρεσθαι.

Haec Call. scripsit memor locorum quales *π* 264

ἐσθλώ τοι τούτω γ' ἐπαμύντορε τοὺς ἀγορεύεις[1])
ὕψι περ ἐν νεφέεσσι καθημένω, ὥστε καὶ ἄλλοις
ἄνδρασί τε κρατέουσι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσιν

et praesertim *E* 736 = *Θ* 387

ἣ δὲ (Minerva) *χιτῶν' ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταο*
τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα
ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσανόεσσαν κτλ.

Atque fortasse in *πάντα* singularem quandam vim posuit Call. Etenim in loco illo libri *E ἀπορία* aliqua inerat, id quod discimus e schol. A a. h. l.: *Διὸς νεφεληγερέταο· τὸ ἡμιστίχιον ἢ τοῖς ἐπάνω ἢ τοῖς ἑξῆς προσδοτέον. ἐὰν μέν οὖν τοῖς ἐπάνω, μόνος ὁ θώραξ ἔσται*

[1]) (Iovem et Minervam.)

τοῦ Διός. ἐὰν δὲ τοῖς ἑξῆς, πάντα ἔσται τὰ ὅπλα αὐτοῦ, ὅπερ καὶ πιθανόν. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. Et schol. Townl. *τὸ „Διὸς νεφεληγερέταο“ τινὲς τῷ πρώτῳ, οἱ δὲ τῷ ἑξῆς (συνάπτουσιν), ἵν' ᾖ ὅλα τὰ ὅπλα τοῦ Διός· κοινὸν δὲ καὶ εἰ τῷ πρώτῳ.*[1]) Sententia manifesto est *Διός* ad utrumque membrum trahendum esse; et fortasse haec etiam Callimachi opinio erat, cum scriberet *πατρώια πάντα φέρεσθαι.*[2])

Alio etiam loco Call. controversiam aliquam diiudicare studuisse mihi videtur, id quod, etsi Homeri interpretationem non spectat, tamen hic afferre mihi liceat. Est autem locus ille desperatus in h.

III. 213.

ubi legimus de nymphis Dianae:

Αἳ πρῶται θοὰ τόξα καὶ ἀμφ' ὤμοισι φαρέτρας
ἰοδόκους ἐφόρησαν· ἀσύλλωτοι δέ φιν ὦμοι
δεξιτεροὶ καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός.

Libri habent aut *ἀσύλλωτοι*, aut *ἀσύλωτοι*, quam scripturam qui servabant, derivabant a voce *σῦλον*, quae significat praedam, spolium, atque vertebant aut per *inviolabiles*, *illaesi* aut *nudi;* sed illud non significare potest *ἀσύλωτος* vocabulum, quod est sine praeda; nudi autem significationem cum nuperrime Nigra l. l. (cf. p. 57) vocabulo *ἀσύλλωτος* vindicavit, cum vertit *il destro omero nude*, tum Anna Fabri et Spanhemius, qui explicaverunt *quod exuviis ferarum dextri veterum venatorum priscorumve Heroum aut Heroidum etiam humeri vulgo tegerentur;* sed neque nymphae neque comites Dianae venatrices pellibus ferarum indutae fingendae sunt, sed ipsae quoque *ἐς γόνυ μέχρι χιτῶσι ζωσάμεναι*

[1]) sic lib. *ἐπὶ τοῦ πρῶτου.*
[2]) cf. etiam Naegelsbach, Hom. Theol. p. 106.

λεγνωτοῖς (cf. v. 11). Itaque ne *ἀσύλωτοι* quidem Call. scripsit, frustraque etiam Aulinus l. l. p. 39, adn. 78 defendere studet; si autem scripsisset *ἀτύλωτοι* (callosi), quod proposuit Toupius, ineptus fuisset reique metricae ignarus; neque est quod hanc coniecturam refellam, refellit enim iam Hauptius in emendat. Callim. Berol. 1858, p. 6. Idem etiam conamen Blomfieldi, qui *ἀτύλλωτοι* vertit callosi *α* intensive sumpto funditus evertit, cum dixit veri similius esse Blomfieldii mentem quam virginum Callimachiarum humeros occaluisse.

Iam reliquorum conamina in duas possunt dividi partes; atque ab altera parte stant coniecturae Ernesti *ἀσύλητοι* (inviolabiles), Ungeri *ἀθήλυντοι* (non effeminati), Schneideri *ἀσαίλωτοι* (non emolliti). Haec autem conamina vel hanc propter causam inutilia videntur, quod non spectant habitum, vestitum nympharum, de quo sermo est et in antecedentibus *ἀμφ' ὤμοισι φαρέτρας ἰοδόκους ἐφόρησαν* et in sequentibus *καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός;* praeterea hae *παῖδες ἄμιτροι*, quae Cyclopas timent quaeque venustissime saltant, non tam robustae fingendae sunt quam tenerae. Verisimiliores igitur sunt eae coniecturae, quae spectant modum vestis indutae. Atque Hauptius quidem l. l. proposuit *ἀσίζωστοι*, quam coniecturam Meinekius suo iure improbat, quia *desiderat exemplum quo συζώννυμι pro ζώννυμι in tali loco qualis hic est recte dici intelligatur.* Aptius autem Bergkius arcessivit verbum *ζώννυμαι*, cum scripsit *εὔζωστοι; humeros expeditos poeta dixit vocabulo εὔζωστος non proprie usus;* atque eandem sententiam elicere voluit Meinekius, qui coniecit *ἀκώλυτοι* aut *ἀείλυτοι*.

Sed faciliore mutatione puto me locum sanasse, ita ut, quod Schneiderus de sua coniectura dixerit, meae nunc vindicem, scilicet facilitate quidem mutandi quemvis dicturum nostrum inventum praestare ceteris. Atque iam vidimus praepositionem *σύν* in hoc conexu

locum habere non posse, in hac igitur vocula vitium inest; iam si pro *σ* ponis *ϑ*, en habes quae vera mihi videtur Callimachi scriptura esse. Scribo igitur pro *ΑCΥΛΩΤΟΙ ΑΘΥΛΩΤΟΙ* idque nixus Hesychi glossa *ϑυλλίς· ϑύλακος. γωρυτός. ἔλυτρον.*[1]) Dicit igitur Call. pharetras eas portasse non dextris, sed sinistris humeris; atque ex hac re, quod tam diserte definiteque sententiam suam profert, concludere debemus aliquem poetam quondam narrasse Amazonem vel nympham pharetram portasse dextro humero, atque contra istum poetam suo more Callimachum hic pugnare; aut tunc temporis in contentione positum esse, utrum hae heroides pharetras portassent humeris dextris an sinistris, Callimachum autem controversiam diiudicare studuisse hoc versu.[2])

Atque statuas cum pharetris praeditas si perlustramus, videmus plurimas illam gestare dextro humero. Nihilominus etiam sinistris humeris videntur portasse, quod videre licet e. g. in vase Ruviensi, in quo depictum est certamen inter Marsyam et Apollinem institutum (Mon. Inst. VIII, 42, Baumeister, effig. 965), et in nummo aliquo Chersonnesi Tauricae (Sallet, Zeitschr. f. Numism. I, 1; Baum., eff. 1081). cf. etiam Ov. met. VIII, 320, ubi de Atalante est sermo

> ex umero pendens resonabat eburnea laevo
> telorum custos.

Atque contra formam *ἀϑυλώτου* vocabuli haud scio an nemo quidquam dicere possit; est enim formata a stirpe *ϑυλ-* quam videmus in *ϑυλλίς*,[3]) *ϑύλακος*, *ϑυ-*

---

[1]) cf. schol. ad *φ* 54 *γωρυτῷ· ἐλύτρῳ τοῦ τόξου.*

[2]) Tales quaestiunculas non alienas a se putasse grammaticos Alexandrinos demonstratur schol. B ad *Θ* 328, ubi etiam discimus Neotelem quendam totum librum scripsisse *περὶ τῆς κατὰ τοὺς ἥρωας τοξείας*, et BL ad *Ο* 541.

[3]) qua in voce geminatio litterae *λ* explicanda videtur e forma deminutiva.

λάς, aliis vocabulis, ut a stirpe *πεδιλ-* *ἀπεδίλωτος*, quam formam ipse quoque Call. usurpavit in h. VI. 124

ὡς δ' ἀπεδίλωτοι καὶ ἀνάμπυκες ἄστυ πατεῦμες.

Alia adiectiva, quae in *-ωτος* exeunt, collegit Schneiderus I, p. 241.

Verba autem *ἀθύλωτοι δέ φιν ὦμοι δεξιτεροί* addit Call. quasi in parenthesi, ut saepius fecit; cf. I. 43

εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα
Ζεῦ πάτερ, ἡ Νύμφη σε (Θεναὶ δ' ἔσαν ἐγγύθι
Κνωσοῦ)
τουτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἄπ' ὀμφαλός.

Qua parenthesi et ipsa Call. controversiam diiudicare studet, ut Kaibelius praeceptor humanissimus me docuit; versabatur enim in contentione situs oppidi Thenarum, quod discimus e Stephano Byzantio: *Θεναί, πόλις Κρήτης. τινὲς δὲ Ἀρκαδίας;* atque Call. dicit hoc loco, utram sententiam existimet veram.

Nonnullis locis Call. etiam **de etymologia Homericorum vocabulorum** dixit quid sentiret.

III. 143. *Ἑρμείης Ἀκακήσιος.*

Ἔνθα τοι ἀντιόωντες ἐνὶ προμολῇσι δέχονται
ὅπλα μὲν Ἑρμείης Ἀκακήσιος.

Iam Anna Fabri ad hunc versum citavit Homeri *Ἑρμείας ἀκάκητα*, qui legitur *Π* 185 et *ω* 10. Atque adhuc videre possumus antiquitus controversiam fuisse inter doctos viros, essetne referendus hic *Ἑρμείας ἀκάκητα* a monte vel spelunca vel urbe Arcadiae (cf. Paus. VIII, 36, 6), an intellegendus sit „*ὁ μηδενὸς κακοῦ αἴτιος*", sicut etiam Callimachi scholiasta ambiguus est cum dicit: *ἀπὸ ὄρους Ἀρκαδίας, ἢ ὁ μηδενὸς κακοῦ παραίτιος ὤν.* Atque priorem illam sententiam Eratosthenes secutus est, qui Callimachi discipulus dicitur; cf. schol.

BD ad *E* 422 = Et. Magn. 547, 2 *οὐ γὰρ πειθόμεθα τοῖς νεωτέροις ..... οὐδ' ὡς Ἐρατοσθένης παρήκουσεν Ὁμήρου εἰπόντος Ἑρμείας ἀκάκητα ὅτι ἀπὸ Ἀκακησίου ὄρους, ἀλλ' ὁ μηδενὸς κακοῦ μετιωστικός* et Cram. anecd. Par. III, p. 21 *ὡς μὲν Ἐρατοσθένης φησίν, ἀπὸ Ἀκακήτου ὄρους οὕτω λέγεται ὁ Ἑρμῆς.*[1]) Posteriorem sententiam invenimus prolatam etiam in schol. A ad *Π* 185 *Ἑρμείας ἀκάκητα· ὅτι ..... καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἄντρου Ἀκακησίου προσηγόρευται καθ' Ὅμηρον ὁ Ἑρμῆς Ἀκακήσιος, ἀλλὰ διὰ τὸ κακοῦ μηδενὸς παραίτιος γίνεσθαι. ἢ ὁ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑπὸ ἑτέρου· ὅθεν καὶ δοτὴρ ἑάων, ὅ ἐστι τῶν ἀγαθῶν*, et schol. Townl. a. l. l. *Ἑρμῆς δώτωρ ἑάων, Ἑρμῆς πάντων ἀγαθῶν αἴτιος ..... ἐξ αὐτοῦ δὲ τὸ Ἀκακήσιον ὄρος*, et Apoll. Soph. 20, 1 *λέγεται δὲ οὕτως ὁ Ἑρμῆς ὁ μηδενὸς κακοῦ περιποιητικός.* Dubius autem est schol. L *θεραπευτικός. ἢ ὁ ἐν Ἀκάκῃ τιμώμενος, ὄρει Ἀρκαδίας.* Iam vero Call. cum scribit *Ἑρμείης Ἀκακήσιος*, indicat sese putare Homerum a monte illo Mercurium nominasse, nam ex hoc solo nomine, non a voce *κακός* cum *α* privativo praedita, forma *Ἀκακήσιος* derivata esse potest; itaque magno A *Ἀκακήσιος* vocabulum scribendum est, ut fecit Wilam. — Ceterum de forma *Ἑρμείης* hoc dicendum est: Apollonius Rhodius habet ut Homerus tantum *Ἑρμείας.* Call. autem hanc formam nusquam admisit, cum nefas esse arbitraretur divinum Homerum tam accurate imitari; itaque aut *Ἑρμείης* scribit aut *Ἑρμᾶς.*

Simillimus locus statim sequatur:

Frgm. 66 f. *Γλαυκώπιον.*

Quaerentibus nobis, quid grammatici antiqui de etymologia vocis *γλαυκῶπις* censuerint, nonnullas opi-

---

[1]) cf. Hiller Eratosthenis carmina p. 8 seqq. ubi etiam alia testimonia.

niones profert Etym. Magn. 233, 32 *γλαυκῶπις· ἤτοι γλαυκόφθαλμος, καλή· ἢ γλαυκοὺς καὶ καταπληκτικοὺς τοὺς ὦπας (ὅ ἐστι τοὺς ὀφθαλμοὺς) ἔχουσα· ἢ ἀπὸ τοῦ δεινὸν γλαύσσειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅ ἐστιν ἀπαιθύσσειν· ἢ ἀπὸ τοῦ γλαυκὰ ὀπίζεσθαι, τουτέστιν ἐντρέπεσθαι· ἢ ἀπὸ τοῦ Γλαυκωπίου ὄρους, ὃ Λυκαβηττὸς καλεῖται· ἢ παρὰ τὸ γλαύσσω, γλαύξω· ἐξ οὗ καὶ ἡ γλαῦξ τὸ ὄρνεον.*[1]) Iam legimus in schol. ad Eur. Hippol. 33 *πέτραν δὲ Παλλάδος φησὶ τὸ ἐν τῇ Ἀττικῇ Γλαυκώπιον, οὗ Καλλίμαχος ἐν Ἑκάλῃ μέμνηται.* Quo testimonio nixus Naekius Hec. p. 201 versum anonymum in schol. BD ad Hom. *E* 422 = Et. Magn. 546, 17 servatum vindicavit Callimacho; est autem apud Schneiderum frgm. anon. 332. Hoc enim in scholio haec exstant: *ἡ γλαυκῶπις οὐκ ἀπὸ τοῦ „ἥ τ' ἄκρης τινὰ Γλαυκώπιον*[2]) *ἵζει“ („ἄκρης θῖνα γλαυκώπιον ἵζει“* D), *ἀλλ' ἀπὸ τῆς περὶ τὴν πρόσοψιν τῶν ὀφθαλμῶν καταπλήξεως.* Iam si versus, quoquo modo scribendus est, re vera Callimachi est, hic igitur docuit cognomen *γλαυκῶπις* derivandum esse a Glaucopio monte Callimachique opinionem conservaverunt etymologi.

Nunc autem causis a Naekio allatis, quibus Callimachum huius esse versus auctorem demonstret, nova addi potest, dico analogiam veriloquii quo explicat *Ἑρμείαν ἀκάκητα;* nam vide quam bene coeant haec: ut Mercurius nominatur *ἀκάκητα* a monte Acaceto, ita Minerva *γλαυκῶπις* a monte Glaucopio.

Iam consideres, si placet, locum Strabonis ex Apollodoro haustum, de quo iam Naekius Hec. p. 197 verba fecit, est autem in l. VII, p. 299 *Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ*

---

[1]) cf. Et. Gud. 126, 5 *γλαυκῶπις, ἀπὸ τοῦ γλαυκωπίου ὄρους τῆς Ἀττικῆς, ὁ Λυκαβηττὸς* (sic scribendum pro corrupto *ὅλοκαβίτατος*) *καλεῖται κτλ.*

[2]) sic ex recensione Dindorfii.

δευτέρῳ Περὶ νεῶν προοιμιαζόμενος[1]) *εἴρηκεν ..... τοὺς ἔτι νεωτέρους ἐκείνου* (Homeri) *πολλὰ ἀγνοεῖν καὶ τερατολογεῖν ..... καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι,*[2]) *τὴν δὲ Κόρκυραν Σχερίαν· ἄλλους δ' αἰτιᾶται ψεύσασθαι περὶ Γερήνων, καὶ τοῦ Ἀκακησίου, καὶ Δήμου ἐν Ἰθάκῃ, Πελεθρονίου δ' ἐν Πηλίῳ, Γλαυκωπίου δ' ἐν Ἀθήναις.*

Sed priusquam hunc locum in usum nostrum convertamus, ipsa verba recte intellegamus oportet; dubium enim videri potest, quid sit subiectum enuntiati *ἄλλους δ' αἰτιᾶται ψεύσασθαι.* Atque G. Dindorf in thes. VI, 694 D, Welcker in Mus. Rhen. I, 1833, p. 440, Ed. Schwartz in schol. in Eur. II, 9 putant Callimachum esse eum qui *αἰτιᾶται*; sed hoc si Strabo voluisset, nonne magis logice scripsisset *ὃς τὴν μὲν Γαῦδον Καλυψοῦς νῆσόν φησι καὶ τὴν Κόρκυραν Σχερίαν, ἄλλους δ' αἰτιᾶται κτλ.*? nam tum sententiae de Gaudo et Corcyra insulis a Callimacho prolatae eodem tenore progrederentur atque his opponeretur *ἄλλους δ' αἰτιᾶται.* Totum autem sententiarum conexum si respicimus, apparet Apollodorum esse subiectum, non Callimachum; hunc enim respiciunt omnia fere, quae in paragrapho 6 dicta sunt, a verbis *ἐπαινεῖ γάρ* usque ad *τὸ μὲν γὰρ τοὺς ὕστερον* (Kram. p. 21, 3); sed solo initio nominatim appellatur, tum simpliciter significatur per *φησί* (K. p. 19, 9), *ἀπὸ δὲ τούτων ἐπὶ τοὺς συγγραφέας βαδίζει* (20, 11), *ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ τοῖς .... λέγουσι* (20, 18) et post enuntiatum illud, de quo agimus: *τούτοις δὲ μικρά τινα προσθεὶς τοιαῦτα παύεται;* haec igitur omnia referenda sunt ad Apollodorum, qui per totam paragraphum nihil facit

---

[1]) cf. Heynius, frgm. Apollod. p. 421. Berger, d. geogr. Fragm. des Erastosth. p. 26 sq.

[2]) e libro *νήσων μετονομασίαι*, simul vero ex Aetiis, cf. fr. 524.

nisi *αἰτιᾶσθαι*. Quibus consideratis iam dubium esse nequit, quin etiam ad *ἄλλους δ' αἰτιᾶται κτλ.* subaudiendus sit Apollodorus.

Atqui iam Naekius suspicatus est Apollodorum hoc in enuntiato reprehendisse Callimachum, qui *γλαυκῶπις* derivaret a Glaucopio, atque posse illum post verba *ἄλλους δ' αἰτιᾶται* redire ad Callimachum et notatam ab Apollodoro opinionem, quae suspicio egregie comprobatur commemoratione vocis *Ἀκακησίου*; nam hanc quoque contra Callimachum illum attulisse ex iis, quae disputavi p. 66 sq., verisimillimum videtur. Quod si ita est, facile aliquis coniciat etiam verba, quae intersint inter *Ἀκακησίου* et *Γλαυκωπίου*, spectare Callimachi aliquam sententiam et *ἄλλους* ex errore Strabonis Apollodori verba in angustum cogentis ortum esse. Sed nolo iusto audacior haberi. — Unum autem contra Naekium mihi dicendum est. Is enim ait l. l. p. 202: *Caeterum utrum Γλαυκώπιον Callimachus a Minerva γλαυκώπιδι dictum, an Γλαυκώπιδα et ipsum Γλαυκώπιον a Glaucopo, crediderit ac tradiderit, non decerno.* Mihi autem neutrum verum esse videtur, sed, ut iam dixi, Callim. putavit Minervam *γλαυκώπιδα* appellari a monte Glaucopio illi sacro; hoc enim probatur et analogia Mercurii Acaceti et etymologorum testimoniis et quod in scholio illo ad *E* 422, quo demonstratur deorum *ἐπίθετα οὐκ ἀπὸ τῶν ἱερῶν τόπων ὠνομασμένα, ἀπὸ δὲ τῶν ψυχικῶν ἐνεργειῶν*, exemplum Minervae *γλαυκώπιδος* subsequitur Mercurii Acaceti. Contrariam autem sententiam audimus ab Eustathio prolatam 1451, 62. *Ὅτι δὲ ἀπὸ τοῦ γλαυκῶπις γλαυκώπιον ἡ Ἀττικὴ ἐλέχθη ἀκρόπολις ἢ καὶ ἡ ἁπλῶς, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.* Alia testimonia a Glauco vel Glaucopo verbum derivantium conferas apud Naek. p. 196 sq.

Restat ut verba faciam de *θίς* vocabulo apud Callimachum usurpato. Atque praeter hunc locum (frgm. anon. 332) ter hac voce usus est: IV. 282, ep. V. 7,

frgm. 126 semper notione litoris; sed hic locus[1]) demonstrat eum etiam gnarum fuisse significationis cumuli, quam suppeditavit grammaticis *μ* 45 *πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς Ἄνδρων πυθομένων.* Ab Homero autem recedit, cum vocabulo tribuit femininum genus, apud Homerum enim est generis masculini. cf. Et. Magn. 450, 2 *Θίς: θηλυκῶς λέγεται ὁ αἰγιαλός* et ibid. 34: *τὸ θὶς ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἀρσενικὸν καὶ θηλυκόν ἐστι· καὶ ἐπὶ τοῦ σωροῦ, ὁμοίως ἀρσενικὸν καὶ θηλυκόν ἐστι. θινὶ φοινικόεντι.*

Hac re absoluta liceat redire ad Strabonis locum supra allatum. Enucleare enim possumus, quas Apollodorus reprehenderit sententias. Etenim facile apparet nomina *Γερήνων Ἀκακησίου, Πελεθρονίου ἐν Πηλίῳ Γλαυκωπίου ἐν Ἀθήναις* in aliqua re consentire; sunt enim locorum nomina, a quibus cognomina deorum vel heroum ducta esse nonnulli grammatici putabant. Atque de Acacesio monte et Glaucopio hoc iam vidimus. De *Γερήνοις* autem discimus e schol. AD ad *B* 336: *τότε Νέστωρ ἐν Γερήνοις τρεφόμενος πορθηθείσης τῆς Πύλου καὶ τῶν ια ἀδελφῶν αὐτοῦ ἀναιρεθέντων μόνος περιελείφθη· διὸ καὶ Γερήνιος ὠνομάσθη. ἱστορεῖ Ἡσίοδος ἐν καταλόγοις.*[2]) Denique Chironem Pelethronium dictum esse nonnulli arbitrabantur ab oppido quodam Pelethronio; cf. Hes. *Πελεθρόνιος· ὁ Χείρων, ἀπὸ τοῦ Πελεθρονίου, ἐν ᾧ ἐτράφη* et schol. Nic. Ther. 440[3]) *Πελεθρόνιον δὲ τόπος ἐστὶ τοῦ Πηλίου ἀνθώδης.* Iam vero nemo non videt Apollodorum cum *ἄλλους αἰτιᾶται ψεύσασθαι περὶ Γερήνων καὶ τοῦ Ἀκακησίου ..... Πελεθρονίου δ' ἐν Πηλίῳ, Γλαυκωπίου δ' ἐν Ἀθήναις* impugnare has cognominum explicationes

---

[1]) si quidem vera est scriptura in schol. D.

[2]) cf. Eustath. 231, 28; Apollod. bibl. I, 9, 9. Strab. VIII, p. 360.

[3]) vers. est *Πηλίῳ ἐν νιφόεντι Πελεθρόνιον κατὰ βῆσσαν.*

eumque arbitratum esse *γερήνιον* Nestorem non significare Nestorem ex oppido Gerenis, sed *ἔντιμον παρὰ τὸ γέρας* (cf. Eustath. l. l., schol. BL ad *Π* 196, schol. MQV ad *γ* 68 al.), Mercurium *ἀκάκητα* non Acacesium, sed *τὸν μηδενὸς κακοῦ μεταδοτικόν*, Minervam *γλαυκῶπιν* non referendam esse ad montem quendam *Γλαυκώπιον*, sed aliam derivationem eum amplexum esse nescio quam.[1]) Quo autem modo Chironem *πελεθρόνιον* intellexerit, docent nos iidem Hes. et schol. Nic. l. l.; ille enim post verba iam citata addit: *οἱ δὲ πολυφάρμακος*, hic pergit: *διὸ καὶ οὕτω καλεῖται ἀπὸ τοῦ πέλειν ἐκεῖσε τὰ ἄνθη· θρόνα γὰρ τὰ ἄνθη λέγονται;* quam derivationem probant etiam Osannus et Welckerus Mus. Rhen. 1833, I (fasc. IV), pp. 411 et 440. Videmus igitur Apollodorum semper eos impugnasse, qui cognomina derivassent a nominibus oppidorum vel montium, non secus ac scholiasta ille ad *E* 422 iam supra laudatus facit, qui dicit: *οὐκ εἴ τις ἔν τινι τόπῳ τετίμηται, ἐκεῖθι καὶ γεγέννηται καὶ διὰ τοῦτο τῷ ἐπιθέτῳ κοσμεῖται.* Atque fortasse habemus in hoc scholio vestigium Apollodoreae doctrinae.

Sed plura afferre possumus exempla, quibus demonstremus rationem illam cognominum non *τοπικῶς* sed *ἐτυμολογικῶς* explanandorum: cf. frgm. 1. Steph. Byz. s. v. *Δωδώνη ..... Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν α περὶ θεῶν τὸν Δωδωναῖον οὕτως ἐτυμολογεῖ· „Καθάπερ οἱ τὸν Δία Δωδωναῖον μὲν καλοῦντες, ὅτι δίδωσιν ἡμῖν τὰ ἀγαθά, Πελασγικὸν δέ, ὅτι τῆς γῆς πέλας ἐστίν.“*, frgm. 40 Suid. s. v. *Ταυροπόλον· τὴν Ἄρτεμιν· ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα, ὡς Ἀπολλόδωρος.*[2]) Ex iis quae Ro-

---

[1]) sed cf. p. 74.

[2]) contra Et. Magn. 747, 52 *Ταυροπόλον· τὴν Ἄρτεμιν, ὅτι... ἢ ὅτι ἡ Ἰφιγένεια φυγοῦσα ἀπὸ Σκυθίας ἐν Ἀττικῇ ἱδρυσαμένη τὸ ἄγαλμα ταυροπόλον Ἄρτεμιν προσηγόρευσεν, ἐπειδὴ ἐκ τῶν Ταύρων τοῦ ἔθνους ἦλθεν.*

bertus Münzel vindicavit Apollodoro in libro, cuius titulus est: De Apollodori *περὶ θεῶν* libris, hic afferenda sunt: frgm. ex Heracliti allegoriis Homericis cap. VII petitum, p. 8 ap. Münz.: *Λυκηγενῆ δὲ προσηγόρευσεν αὐτὸν οὐχ ὡς ἐν Λυκίᾳ γεγεννημένον, ἔξω γὰρ τῆς Ὁμηρικῆς ἀναγνώσεως οὗτος ὁ νεώτερος μῦθος, ἀλλ᾽ ὥσπερ, οἶμαι, τὴν ἡμέραν ἠριγένειαν ὀνομάζει, τὴν τὸ ἦρ γεννῶσαν, ὅπερ ἐστὶν ὄρθρον, οὕτω λυκηγενῆ προσηγόρευσε τὸν ἥλιον, ἐπειδὴ τοῦ κατὰ τὴν ὄρθριον ὥραν λυκαυγοῦς αὐτός ἐστιν αἴτιος, ἢ ὅτι τὸν λυκάβαντα γεννᾷ τουτέστι τὸν ἐνιαυτόν. Ὅρος γὰρ ἐτησίου χρόνου διαδραμὼν ὁ ἥλιος ἐν μέρει τὰ δώδεκα ζῴδια.* Si autem recte statuit Münzel p. 11 haec ex pristina aliqua Allegoriarum Homericarum collectione in Heracliti librum pervenisse, qualem collectionem servatam esse putat apud Cramer. anecd. gr. Paris. III, p. 97 sqq., fortasse etiam plura ad Apollodorum revocare licet; ibi enim post verba *Λυκηγενὴς δὲ (καλεῖται) διὰ τὸ τοὺς λυκάβαντας ἤτοι τοὺς χρόνους γεννᾶν* sequitur statim *Σμινθεῦ διὰ ⟨τὸ⟩ τὰ ὑλώδη καὶ βλαπτικὰ καταστήματα κατ᾽ αὐτοῦ ἀναιρεῖσθαι;* quae sic non intelleguntur, sed collato Apollonio Sophista 143, 9 *Σμινθεῦ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος, κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον ἀπὸ πόλεως Τρωϊκῆς Σμίνθης καλουμένης. ὁ δὲ Ἀπίων ἀπὸ τῶν μυῶν, οἳ σμίνθιοι καλοῦνται· καὶ ἐν Ῥόδῳ σμίνθια ἑορτή, ὅτι τῶν μυῶν ποτὲ λυμαινομένων τὸν καρπὸν τῶν ἀμπελώνων Ἀπόλλων καὶ Διόνυσος διέφθειραν τοὺς μύας κτλ.* Hanc explicationem Crameri quoque grammaticus amplexus esse videtur. Iam igitur ut explicatio cognominis *Λυκηγενής* respondet rationi, quam Apollodorus sequitur, ita etiam *Σμινθεύς* cognominis; atqui illa Apollodori est; itaque etiam haec ei vindicanda videtur. Tum e Macrob. Sat. I, cap. 17, quod conflatum esse ex Apollodori *περὶ θεῶν* libro Münzel p. 15 contendit, huic tribuit § 64 *Ἀπόλλωνα Διδυμαῖον vocant, quod geminam speciem sui numinis praefert ipse inluminando formandoque lunam;*

etenim ex uno fonte lucis gemino sidere spatia diei et noctis inlustrat et § 65 *Ἀπόλλωνα Δέλφιον, quod quae obscura sunt claritudine lucis ostendit ἐκ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ*. In eodem autem capite conveniunt cum Apollodori ratione: § 48 *Ἀπόλλων Κιλλαῖος, ὅτι τὰς κινήσεις λαιὰς ποιεῖ, semper nobis ab austro currens;* § 49 *Θυμβραῖος Ἀπόλλων, ὁ τοὺς ὄμβρους θείς, quod est deus imbricitor;* § 50 *Ἀπόλλων Πύθιος οὐκ ἀπὸ τῆς πεύσεως, id est non a consultatione oraculorum, dictus a physicis aestimatur, sed ἀπὸ τοῦ πύθειν, id est σήπειν, quod nunquam sine vi caloris efficitur.* Tum, quae Münzel p. 28 revocavit ad Apollodorum, § 32: Delius *cognominatus ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτί, quod inluminando omnia clara demonstret;* et § 34 *Item Φάνητα appellant ἀπὸ τοῦ φαίνειν et Φαναῖον,*[1] *ἐπειδὴ φαίνεται ἀεὶ νέος, quia sol cotidie renovat sese.* Porro Münzel p. 32 hunc Eustathii locum (p. 86, 40) Apollodoro reddidit: *Ἀθήνη τε γὰρ ἀλληγορικῶς ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν εἰρῆσθαι δοκεῖ ὡς προαθροῦσα τὸ οἷον ἐν σκότει καὶ μέλλοντα. Καὶ τὸ γλαυκὸν δὲ ἀπὸ τοῦ γλαύσσω παρῆκται τὸ θεωρῶ καὶ δηλοῖ τὸ ὑπόλευκον καὶ εὐόρατον. Εἰ τοίνυν ταὐτὰ τὸ γλαύσσειν καὶ τὸ ἀθρεῖν, ἔχει πως συγγενῶς κατ' αὐτὰ καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν παραγόμενα. Διὸ τὸ γλαυκωπὸν ᾠκείωται τῇ Ἀθηνᾷ ὡς ἀθρητικῇ βλεπτικόν.* Omissum autem est apud Müllerum frgm. aliquod in schol. Pind. ad Ol. III, 54 traditum; ibi enim habet scholiasta *Ὀρθωσία ἡ Ἄρτεμις παρὰ τὸ Ὀρθώσιον, ὅπερ ἐστὶν ὄρος Ἀρκαδίας;* sed alius *Ὀρθωσίᾳ, τῇ Ἀρτέμιδι. περὶ τῆς Ἀρτέμιδος Ἀπολλόδωρος γράφει. Ὀρθωσία δέ, ὅτι ὀρθοῖ εἰς σωτηρίαν, ἢ ὀρθοῖ τοὺς γεννωμένους;* nam hoc

[1] sed cf. Osann, Cornut. p. 373: *Immo egregie patet origo huius cognominis a portus et promontorii in Chio insula nomine ducti.* Addit Lud. de Ian ad Macrob. l. l. Strab. XIV, 1, p. 645 *Φάναι λιμὴν βαθὺς καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος.*

Apollodori veriloquium esse conicere licet e verbis scholiastae.[1])

Iam vero tres loci videntur huic rationi obstare, quorum primus est frgm. 31 ex Eustath. 1951, 16 petitum. Hoc enim ex loco Müllerus exscripsit haec: *Κυλλήνιος δὲ Ἑρμῆς, μυθικῶς μὲν ἀπὸ Κυλλήνης, ἥτις ὄρος ἐστὶν Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα Ὀλυμπιακῶν, παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, καθὰ φασὶν ἱστορεῖν Ἀπολλόδωρον, ὀνομασθὲν ἀπὸ Κυλλήνης ἡρωΐδος τινός· περιᾴδεται δὲ διαφερόντως ἐν τοῖς περὶ τοῦτο τὸ ὄρος τιμᾶσθαι τὸν Ἑρμῆν, κἀκεῖθεν σχεῖν τὸ λεχθὲν ἐπίθετον.* Haec si quis legit, potest arbitrari Apollodorum quoque probasse mythicam illam derivationem a monte Cyllenes ductam, sed apud Eustathium sequuntur statim haec verba: *κατὰ μέντοι ἀλληγορίαν Κυλλήνιος ὁ τοῦ ὕπνου δοτήρ, ὁ τὰς ἡνίας τῶν κύλων ἢ κυλάδων ἔχων, ὃ δηλοῖ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς· κτλ.* Nonne iam apparet ex ratione, quam Apollodorus sequitur in explicandis cognominibus, hoc esse eius veriloquium, non quod exscripserit Müllerus? Alius locus est frgm. 43 apud Steph. Byz. servatum: *Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους, ἐν ᾧ οἱ οἰκοῦντες Ἀκρωρεῖται· οὕτω δὲ παρὰ Σικυωνίοις ἐτιμᾶτο [ὁ Διόνυσος]. ἐκαλεῖτο δὲ παρὰ μὲν Σικυωνίοις Ἀκρωρείτης, παρὰ δὲ Μεταποντίνοις Ἐρίφιος Ἀπολλόδωρός φησιν.* Atque hic quoque aliquis putaverit Apollodorum explicasse cognomen *Ἀκρωρείτης τοπικῶς*, sed recte puto Meinekius ei sola verba ab *ἐκαλεῖτο δὲ* usque ad *Ἐρίφιος* tribuit, ita ut de derivatione hic nihil discamus. Idem autem cadit ni fallor in frgm. 44, quod item Steph. Byz. habet: *Ἰλισσὸς, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, „ἐν* (Wentzel VII. 42 *ἐφ'*) *ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσίδες“, ὡς Ἀπολλόδωρος.* Quae cum ita sint, videtur mihi Apollodorus semper explicationem, quam nominabant *τοπικήν* vel *μυθικήν*, sprevisse, probasse *ἐτυμολογικήν* vel *ἀλληγορικήν*.

[1]) cf. Wentzel, *ἐπικλήσ.* p. 30, 48.

Atque hac quidem in re, cum alias in eo capite, quod Strabo VII. 3, 6 ex altero libro *περὶ νεῶν* exhibuit, Eratosthenem[1]) plerumque secutus sit, recedit ab eo Apollodorus; nam hic, ut vidimus, Callimachum[2]) secutus agnovit explicationes *τοπικάς*. Ceterum Callimachus quoque videtur *Χείρωνα Πελεθρόνιον* explicasse in Pelethronio monte habitantem, cum diceret h. IV. 104: *φεῦγε ...*

καὶ μεγάλη Λάρισα καὶ αἱ Χειρωνίδες ἄκραι.

cf. schol. a. h. v.: *τὸ Πήλιον, ὄρος τῆς Θεσσαλίας, διὰ τὸ τὸν Χείρωνα ἐκεῖ οἰκῆσαι.* Quod si haec suspicio vera est, confirmatur id, quod coniectura collegi p. 70.

Sed restat, ut verba faciam de verbis Strabonis *καὶ Δήμου ἐν Ἰθάκῃ*, quae quia non concinunt cum iis, quae Apollodorus reprehendit de Gerenis Acacesio, Pelethronio Glaucopio, adhuc omisi; etenim hic non vituperat cognomen aliquod *τοπικῶς* explicatum, sed eos, qui v. *Γ* 201 *ὃς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης κραναῆς περ ἐούσης* statuebant oppidum *Δῆμος*; cf. schol. AD: *καὶ τόπος δέ ἐστιν ἐν Ἰθάκῃ Δῆμος καλούμενος*, schol. Genav. I, Steph. Byz. s. v. *Δῆμος*. Puto autem Strabonis neglegentia haec verba falsum in locum irrepsisse inter *Ἀκακησίου* et *Πελεθρονίου*.

III. 167. *θυμάρμενον.*

Ἐν καὶ χρυσείας ὑποληνίδας ἐπλήσαντο
ὕδατος, ὄφρ᾽ ἐλάφοισι ποτὸν θυμάρμενον εἴη.

Controversia erat inter antiquos grammaticos orta de origine vocis *θυμαρής*, quae apud Homerum *I* 336 et *ψ* 232 legitur: *ἔχει δ᾽ ἄλοχον θυμαρέα* vel *ἔχων ἄλοχον θυμαρέα* et *ρ* 199.

Εὔμαιος δ᾽ ἄρα οἱ σκῆπτρον θυμαρὲς ἔδωκεν.

Alteri enim existimabant vocabulum ortum esse e *θυμός* et *ἄρω*, a quibus stetit Herodianus, cf. schol. A

[1]) cf. Kram. p. 19, 4 et 21, 2.
[2]) cf. praesertim hh. IV. 268 et I. 4 et 6 sq.

ad *I* 336: *σύνθετον δέ ἐστι παρὰ τὸ ἄρω θυμαρής. καὶ οὕτως ἀνέγνωμεν „Εὔμαιος δ᾽ ἄρα οἱ σκῆπτρον θυμαρές“ διὰ τοῦ ᾶ· οὐ γάρ ἐστι παρώνυμον διὰ τοῦ ηρης· τὰ γὰρ διὰ τοῦ ηρης καὶ ωδης παρώνυμα βαρύνεται, ξιφήρης, ὀλιγήρης, τοξήρης, ὀνώδης καὶ βώδης.* Alteri ad *θυμός* et *ἀρέσκω* referebant, cf. schol. A ibid. *θυμαρέα· τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν, θυμήρη*, quo in scholio videmus duas contrarias sententias confluxisse; Suid. *θυμαρέα· τὴν τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν;* Hes. *τῇ ψυχῇ ἀρεστά;* Apoll. Soph. 88, 28 *θυμάρεστον.* Et. Magn. 458, 25 *τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν, θυμήρη. Παρὰ τὸ θυμὸς καὶ τὸ ἀρῶ γίνεται θυμαρής.* Atque Call. eo, quod novum finxit vocabulum *θυμάρμενον*, demonstravit se *θυμαρής* vocabulum a verbo *ἄρω* derivare. Nos autem hanc controversiam inanem fuisse scimus; nam cum et *ἄρω, ἀραρίσκω* et *ἀρέσκω* ab eadem stirpe ar- derivata essent, re concinunt grammatici etsi verbis discrepant. Ceterum cf. de voce *θυμαρής* Spitzner ad *I* 336 et Lob. Path. p. 267.

Addo Callimachum cum narraret, quomodo Amnisiades curassent Dianae cervas, locum recordatum esse, qui est in *Θ* v. 185 sqq., ubi Hector equos suos commonefacit, qua Andromachae cura usi sint, et dicit v. 188

ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν
οἶνόν τ᾽ ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι
ἢ ἐμοί, ὅς πέρ οἱ θαλερὸς πόσις εὔχομαι εἶναι.

Quem ad v. apud schol. A scripta leguntur: *ἀθετεῖται, ὅτι γελοιότατος ἐπὶ ἵππων ὁ στίχος, ὅτι οἶνον ἵπποι οὐ πίνουσι· καὶ ὅτε θυμὸς ἀνώγοι εἰς μέθην γελοῖον· καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει ἀθετεῖται*, cf. schol. Townl. *ψυχρὸν δὲ ἐπὶ ἵππων καὶ τὸ „ὅτε θυμὸς ἀνώγοι“.*

Frgm. 124. *ἔνδιος.*

Merkelius homo doctus l. l. p. 176 duas composuit originationes vocis *ἔνδιος.* Altera exstat in schol. B ad *δ* 450 *ἔνδιος· μεσημβρινός, ἤτοι κατὰ τὴν μεσημ-*

βρίαν, ἐν ᾗ ἐνιδίουσιν ἤτοι ἱδροῦσιν, ἐνίδιός τις ὤν, καὶ ἐν συγκοπῇ ἔνδιος, ἤτοι βεβρεγμένος, cf. idem schol. ad v. 204 et Et. Magn. p. 339, 2. Alteram autem exhibet schol. E ad *δ* 450 *κατὰ τὴν συνήθη ὥραν· μεσημβρινός, ἀπὸ τοῦ ἐνδεῖν καὶ ἐλλείπειν· αὔξεται γὰρ ἕως ἕκτης ὥρας, ἔκτοτε δὲ ἐλαττοῦται ἡ ἡμέρα*, cf. Et. Magn. p. 339, 1. Iam Scheerius p. 11 conclusit ex h. VI. 38.

τῷ (αἰγείρῳ) ἔπι ταὶ νύμφαι ποτὶ τὤνδιον ἑψιόωντο

et ex frgm. 167 *δύπται δ' ἐξ ἁλὸς ἐρχόμεναι ἔνδιοι καύηκες* Callimachum derivationem priore loco allatam praetulisse, qua in re miror viri docti acumen, qui e locis nihil probantibus tamen verum viderit; equidem certe fateor ex his locis me non intellegere Callimachum *ἔνδιος* non ad *ἐνδεῖν* sed ad *ἐνιδίειν* revocavisse; melius autem puto hoc intellegi posse e frgm. 124, quod ex ingeniosis coniecturis Toupii et Naekii sic recte restitutum existimo

ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν
μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο
ἴδεος ἐνδίοιο.

Nam mihi admodum verisimile videtur Callimachum cum ita componeret *ἴδεος* et *ἐνδίοιο* docuisse sese *ἔνδιος* vocabulum derivare ab *ἶδος*.[1]) — In frgm. 167 autem supra citato suo iure puto Schneiderum Callimacho *ἔνδιος* vocabulum subtraxisse; nam ibi cum Arato *εὔδιοι* scribendum est.

Ceterum addendum mihi est Schneiderum ad idem frgm. *εἰναλίην κῆκα ο* 479 Callimachum intellexisse non *αἴθυιαν*, ut alii interpretabantur, recte demonstrasse mihi videri.

---

[1]) Tali modo grammaticos veriloquia indicasse demonstrat schol. A ad *M* 343

ἔρχεο, δῖε Θοῶτα, θέων Αἴαντα κάλεσσον

qui dicit: *ἡ διπλῆ, ὅτι παρετυμολογεῖ τὸν Θοώτην ἀπὸ τοῦ θέειν.* Atque sic saepius.

Frgm. 302. *ἀπόθεστος.*

Δύην δ' ἀπόθεστον ἀλάλκοι, Ἣν οὐδεὶς ποθέει. Sic versum restituit Schneiderus e coniecturis Porsoni Not. brev. ad Toupii Emendatt. in Suid. p. 489 (*ἀπόθεστον* pro *ἀπόθεσθ'* vel *ἀπόθ' ἐσθ*) et Bentleii (*ποθέει* pro *ποθεῖ*). Egit de hoc frgm. Scheerius p. 10, qui dicit *ἀποθ. ρ 296 legitur dubia originatione cum alii ad ἀποτιθέναι (?) alii ad θέσσασθαι referrent v. Eust. a. l. Inter hos fuisse Callimachum apparet non e fragmento 302 δύην ἀπόθεστον ἀλάλκοι Cydippae a Dilth. vindicato sed e versu Cer. 48 τέκνον πολύθεστε τοκεῦσιν.* His in verbis facere non possum, quin vituperem Scheeri socordiam atque levitatem; nam quem unicum testem affert Eustathius *ἀπόθεστος* neque ab *ἀποτιθέναι*, neque a *θέσσασθαι* derivat, neque omnino ullus veterum grammaticorum haec etyma affert, sed omnes hoc vocabulum revocant ad *ποθέω* verbum; nam cf. Eustath. 106, 41 *ποθήσω καὶ ποθέσω, ἐξ οὗ ἐν Ὀδυσσείᾳ κύων ἀπόθεστος*; 1013, 41 *ὅρα δὲ τὸ πόθεσαν, ἐξ οὗ ἐν Ὀδυσσείᾳ κύων ἀπόθεστος· ὅ ἐστι μὴ ποθούμενος*, 1450, 27 *λέγεται τοίνυν ἑκατέρως, καὶ ποθῆσαι καὶ ποθέσαι· ἀφ' οὗ καὶ ἀπόθεστος κύων ἐν τοῖς ἑξῆς, ὁ ἠμελημένος καὶ ἀπόθητος*, 1821. 39 *ἀπόθεστος δὲ ὁ ἀφίλητος καὶ ἀτημέλητος, ἐκ τοῦ ποθῶ, ποθέσω, περὶ οὗ προδεδήλωται.* Et. M. 131, 34 *ἀπόθητος, οὐκ ἐπιζητούμενος, ὅ ἐστιν ἠμελημένος, μὴ ποθούμενος. Ἐκ τοῦ ποθέω ποθῶ ποθέσω πεπόθεκα πεπόθεσμαι πεπόθεσται ποθεστὸς καὶ ἀπόθεστος, ὁ ἀζήτητος, ὁ μὴ ποθούμενος.* Suid. *ἀπόθητος· ὁ μὴ ποθούμενος.* schol. ad Lycophr. 540 *ἀπόθεστα· ἅπερ οὐδεὶς ἂν ποθήσειε.*

Iam si quaerimus, quid Call. de veriloquio huius vocis censuerit, pendet res ex alia quaestione quae est, utrum illa verba *ἣν οὐδεὶς ποθέει* quae sequuntur apud Suidam ipsa quoque Callimachi sint necne. Atque haec quaestio haud facilis est diiudicatu. Porsonus quidem Callimachea haec verba esse negavit, cum a grammatico

quodam pro interpretamento adiecta atque nive frigidiora existimaret. At frigida non dedecent Callimachum, etymologica quam maxime decent.[1]) Qua re Schneiderus ei tribuit verba nixus simili versu in *Θ* 597

κύνας κηρεσσιφορήτους,
οὓς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν.

Nuper autem Bredau p. 15 assensus est Aulino p. 33 affirmanti: *certe Callimachum e θέσσασθαι duxisse Homericum illud πολύθεστος et contrarium ἀπόθεστος.* Is igitur delet rursus additamentum illud *ἣν οὐδεὶς ποθέει.* Atque *πολύθεστος* quidem eum a *θέσσασθαι* derivasse nemo

---

[1]) *Ἀπιδανῆες* a *πίνω* derivavit ideoque usurpavit h. I. 14, ubi narrat de Arcadia aqua carente, ut doceret veriloquium; cf. Et. Magn. 122, 10; h. I. 54 (exscriptus est locus p. 28) puto Callimachum verbo *κουρίζοντος* explicare voluisse nomen *Κουρήτων* eumque existimasse illos ab hac re nomen accepisse, quod strepitu armis edito Iovem, infantem vagientem vel *κουρίζοντα*, Saturnum celassent. cf. Strabo X 472 *ἐν δὲ τοῖς Κρητικοῖς λόγοις οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται καὶ φύλακες, εἰς Κρήτην ἐκ Φρυγίας μεταπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ῥέας· οἱ δὲ Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων, τοὺς Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας Κουρῆτας ὀνομασθῆναι.* Idem cadit etiam in Arati vv. 32 sqq.

Κρήτηθεν κεῖναί γε Διὸς μεγάλου ἰότητι
οὐρανὸν εἰσανέβησαν, ὅ μιν τότε κουρίζοντα
δίκτῳ ἐν εὐώδει ὄρεος σχεδὸν Ἰδαίοιο
ἄντρῳ ἐγκατέθεντο καὶ ἔτρεφον εἰς ἐνιαυτόν
Δικταῖοι Κούρητες.

Qui autem Aratum et Callimachum imitati sunt Apollon. Rhod. III. 134 (cf. Maassii Aratea in Philol. Unters. Kiesslingii et Wilamowitzii XII, p. 262) et Nonnus Dion. XIV, 32 et XLVI, 15 *κουρίζειν* quidem verbum servaverunt, simul autem ostendunt consilium, quod secuti sunt Aratus et Callimachus in usurpando hoc verbo, sese non perspexisse, nam Curetum mentionem non faciunt. — cf. porro II, 47, III, 197 sq., IV, 37 sq. VI, 67 videtur mihi *λιμὸν αἴθωνα* dixisse, ut significaret cognomen Erysichthonis *Αἴθων*, cf. Tzetz. ad Lycophr. 1395 *Αἴθων ὁ Ἐρυσίχθων ἐκαλεῖτο, ὥς φησιν Ἡσίοδος* (frgm. 138 Goettl.) *διὰ τὸν λιμόν.* cf. deinde Schneid. ad frgm. 228, 247, 446, 477 et Aulin. l. l. p. 15.

negare potest, nam VI. 47 dicit *τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι,* sed nihilominus credidisse potest in *ἀποθέστου* vocabulo prorsus aliam stirpem inesse, dico *ποθεῖν.* Atque etiam hoc concedi debet illum novisse *ἀπό* eandem habere posse vim quam alpha privativum, nam usurpat vocabula *ἀποτιμᾶν* frgm. 103 et *ἀπόθριξ* frgm. 341 (cf. Bredau p. 25). Sed quamquam haec ita se habent, tamen hemistichium illud non solum Callimachi nomine nobis servatum, sed etiam Callimacho dignissimum ei demere dubito; puto enim *ἀπορίαν* sic solvi posse. *Ἀπόθεστος* vocabulum nimirum novit ex Homero, et non solum vocabulum, sed etiam etymologiam, quae, quantum nunc quidem videre possumus, antiquitus unica fuit, a verbo *ποθεῖν.* Contra *πολύθεστος* vocabulum sibi ipse finxit (cf. Bredau l. l.) ex *πολύς* et *θέσσασθαι* ad analogiam vocabulorum *πολυέραστος, πολύκλαυστος, πολύλλιστος, πολύκλυστος* al.[1]) qua in re Homerici *ἀποθέστου* fortasse ne in mentem quidem ei venit.

Frgm. 336. *λιμὴν ἀμφίδυμος Φαίηξ.*

Ἀμφίδυμος quod legitur *λ* 847 *λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ ἀμφίδυμοι* aut a *δύνειν* derivarunt grammatici[2]) aut a *δύο,*[3]) ita ut insula singulos ab utraque parte portus haberet. cf. Merk. l. l. p. 164. Priorem autem explicationem Callimachum probavisse demonstrat schol. ad Apoll. Rhod. IV, 983, *ἀμφιλαφῆ δὲ τὸν λιμένα εἴρηκεν τὸν ἀμφοτέρωθεν πρόσορμον ἔχοντα, ὃν Καλλίμαχος ἀμφίδυμον εἶπεν.* Statuit igitur nomen **δύμα, δύματος*[4])

---

[1]) Saepius autem finxit voces cum *πολύς* adiectivo compositas, velut *πολύστιος, πουλυμέλαθρος, πολύπτολις, πολύβωμος, πουλυμέδιμνος, πολύκρημνος, πολυπτώξ.*

[2]) cf. schol. a. h. l. *διπλοῖ εἰς οὓς ἔστι δύνειν, ἢ ἑκατέρωθεν εἰσδύσεις ἔχοντες.* cf. Hes. et Et. Magn. 89, 34.

[3]) cf. schol. *διττοί* et Lob. path. p. 165.

[4]) cf. *ἔνδυμα.*

et inde finxit *ἀμφίδυμος* ad analogiam vocabulorum *ἀμφίβιος, ἀμφιβολία* al.

Frgm. 549. *Ἀχιλεύς*.

Gramm. in Cram. Anecd. Oxon. IV, p. 403, 29. *οἱ δὲ συνηγοροῦντες τῷ ἑνὶ λ*[1]) (nominis *Ἀχιλλεύς*) *φασὶν οὕτως· πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἀναλογίας, ἵνα ᾖ ὅμοιον τῷ Ἰλεύς, βασιλεύς· εἶτα καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας. Ἀχιλεὺς γὰρ ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄχος τοῖς Ἰλεῦσιν ἤγουν τοῖς Τρωσὶ κατὰ φερωνυμίαν· ὑπὸ γὰρ θείας προνοίας, ὡς ἔφη Καλλίμαχος, ἐκλήθη οὕτως.* cf. Schneid. a. h. l.

Deinde sunt loci, ubi Callimachus doceat, **quo modo vocabula Homerica**, quorum scriptura in controversiam vocata erat, **scribantur.**[2]) Atque hic videbimus saepius Callimachum eam scripturam agnovisse, quam postea ab Aristarcho commendatam esse compertum habemus.[3])

I. 10. *ἧχι*.

Aristarchus et Dionysius scripserunt *ἧχι* sine iota subscripto. cf. schol. A ad *Λ* 607 *Ἀρίσταρχος τὸ ἧχι χωρὶς τοῦ ι γράφει καὶ Διονύσιος.* Alia testimonia invenis apud La Roche, Hom. Textkrit., p. 278. Atque sic etiam Call. videtur hanc voculam scripsisse hh. I. 10, II. 91, IV. 49. frgm. 215, 252b, 465. cf. Schneideri adnotat. critic. ad I. 10.

I. 69. *ἐνδέξια*.

Θήκαο δ' οἰωνῶν μέγ' ὑπείροχον ἀγγελιώτην
σῶν τεράων· ἅ τ' ἐμοῖσι φίλοις ἐνδέξια φαίνοις.

cf. cum hoc loco *I* 236

1) cf. h. II. 20 *οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ.*
2) cf. Scheer. p. 5 sq.
3) cf. p. 29; 104, 2.

Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων
ἀστράπτει

et schol. a. h. v. *Ἀρίσταρχος ὑφ' ἓν μέρος λόγου τὸ ἐνδέξια, ἐπὶ τὴν δε συλλαβὴν τὴν ὀξεῖαν ποιῶν· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης* (Ptolemaeus) *κατὰ παρολκὴν παραλαμβάνει τὴν ἐν πρόθεσιν, ὥστε εἶναι δεξιὰ σήματα φαίνων. ἄμεινον δὲ τὸ πρότερον.* Atque omnes libri habent *ἐνδέξια ὑφ' ἓν* scriptum, ita ut, si Callimachi scripturam recte conservarunt, rursus Call. consentiat cum Aristarcho. Sed haec quaestio ita natura comparata est, ut solis codicibus ad certum finem duci non possit; metrica autem ratio nihil nos iuvat; si enim posset demonstrari Callimachum non posuisse ante caesuram bucolicam monosyllabum verbum quod ad sequentia trahendum est, inde concludi posset *ἐνδέξια* non *ἐν δέξια* scribendum esse; sed cf. h. I. 78 *λύρης εὖ εἰδότας οἴμους.*

Huius autem loci ex *I* citati similis est alius libri *B* v. 353

ἀστράπτων ἐπιδέξι', ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

Atque fortasse ad exemplum huius versus Call. *ἐνδέξια ὑφ' ἓν* scripsit, nam hic non licet cum Ptolemaeo praepositionem *ἐπί* per pleonasmum positam esse arbitrari et *δέξια* ad *σήματα* trahere. Sin ad significationem spectamus, apparet inter *ἐνδέξιος* et *ἐπιδέξιος* discrimen interesse nullum,[1]) Homerum autem *ἐπιδέξιος* vocabulo usum esse *B* 353 et *φ* 141, non *ἐνδέξιος*, ne nimios spondeos accumularet. Eodem autem modo, metri dico causa, Callimachum quoque *ἐπιδέξιος* scripsisse, non *ἐνδέξιος*, quod habent libri, coniecit Kaibelius in commentat. philol. in honorem Theodori Mommseni p. 327 ad epigr. VIII (X Sch.) 3 *ᾧ δὲ σὺ μὴ πνεύσῃς ἐπιδέξιος;* atque confirmavit hanc coniecturam, cum demonstraret Callimachum in epigrammatum hexametris tertio in pede

1) cf. Buttmanni lexilog. I, p. 173.

nunquam nisi consilio arteque vel in nominibus propriis admisisse spondeum.

II. 60. *συνεχές*.

Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν.

Videtur mihi Call. hoc versu voluisse quicunque eum legeret meminisse Hom. *ι* 74

ἔνθα δύω νύκτας δύο τ' ἤματα συνεχὲς αἰεὶ
κείμεθ'.

Nam vides Callimachum vel similitudine sonus in exeunte versu hunc Homericum e memoria quasi elicuisse, ut saepius fecit; cf. Aulin. l. l. p. 26 et quae dixi p. 23. Atque non sine consilio puto eum primam syllabam vocabuli *συνεχές* produxisse secundum Homerum; schol. enim A ad *M* 26, ubi item *συνεχές* usurpatum est longa prima syllaba

ὗε δ' ἄρα Ζεὺς
συνεχές, ὄφρα κε θᾶσσον ἁλίπλοα τείχεα θείη

nobis haec tradidit: *συνεχές· Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης διὰ τοῦ ἑτέρου ν.*[1]) cf. Eustath. ad Od. 1615, 58 *καὶ ὅρα ἐν τούτοις τὸ συνεχὲς ἐκτεῖνον τὴν κατάρχουσαν πρόθεσιν ἀσυνήθως. διὸ καὶ ἐτόλμησάν τινες ὥςπερ ἐπὶ τοῦ ἐννέπω, οὕτω καὶ ἐνταῦθα διπλῶσαι τὸ ἀμετάβαλον διὰ δάκτυλον.* Call. igitur iam ante Aristophanem et Aristarchum iis obstitit, qui *συννεχές* scribi iubebant atque veram scripturam voluit substitui pro *κοινῇ ἀναγνώσει.*[2]) Quod autem unus codex in loco illo Callimacheo (G. apud Schneid.) exhibet *συννεχές*, nihil refert reliquis consentientibus in *συνεχές*.

Hoc addo etiam Aratum iam ante Callimachum versum illum Homericum imitatum esse v. 20

---

[1]) Ad *διὰ τοῦ ἑτέρου ν.* i. e. *δι' ἑνός* cf. Ludwich, Arist. hom. Textkrit. I, 301, 17.

[2]) cf. La Roche l. l. p. 354.

οὐρανῷ ἕλκονται πάντ' ἤματα συνεχὲς αἰεί.

Tam accurate autem divini poetae vestigia premere Call. nunquam ausus est;[1]) sicuti e. g. nunquam versuum Homericorum fines integros immutatosque in usum suum convertit, sed semper aliquid variavit. Afferam exempla, quae inveni quaeque sine dubio augeri possunt:

Callim.:	Hom.:
h. I. 69 *φίλοις ἐνδέξια φαίνοις*	*Ι* 236 *ἐνδέξια σήματα φαίνων.*
II. 18 *ὅτε κλείουσιν ἀοιδοί*	*α* 338 *τά τε κλείουσιν ἀοιδοί.*
II. 60 *καρήατα συνεχὲς αἰγῶν*	*ι* 74 *ἤματα συνεχὲς αἰεί.*
III. 41 *ὄρος κεκομημένον ὕλῃ*	*ν* 351 *ὄρος καταειμένον ὕλῃ.*[2])
III. 73 *μετ' ἀγκαλίδεσσι φέρουσα*	*Σ* 555 *ἐν ἀγκαλίδεσσι φέροντες.*
III. 150 *ἢ ὅ γε χλούνην*	*Γ* 409 *ἢ ὅ γε δούλην.*
III. 224 *νᾶεν φόνῳ ἀκρώρεια*	*ι* 222 *ναῖον δ' ὀρῷ ἄγγεα πάντα.*
III. 230 *κατέδησας ἀήτας*	*κ* 20 *ἀνέμων κατέδησε κέλευθα.*
IV. 3 *αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται*	h. I. 38 *ἣ νήσων λιπαρωτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται.*
IV. 12 *καὶ μᾶλλον ἐπίδρομος ἠέπερ ἵπποις*	*δ* 606 *καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο.*
IV. 14 *ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην*	*Δ* 426 *ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.*
IV. 135 *ἀποκρύψειν δὲ ῥέεθρα*	h. II. in Ap. P. 205 *ἀπέκρυψεν δὲ ῥέεθρα.*
IV. 211 *νότιος δὲ διὰ χροὸς ἔρρεεν ἱδρώς*	*Λ* 811 *κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς.*[3])

---

[1]) cf. p. 67.

[2]) cf. *τ* 431 *ὄρος προσέβαν καταειμένον ὕλῃ.* H. h. III, 228 et IV. 285 = *ν* 351. H. h. in Ap. Pyth. 47 *ἕδος καταειμένον ὕλῃ.*

[3]) = *Ψ* 715.

Callim.:	Hom.:
IV. 215 σὺ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἄπυστος	Ε 205 τὰ δέ μ' οὐκ ἄρ' ἔμελλον ὀνήσειν.[1]
IV. 225 οἶσθα καὶ αὐτή	h. III. 382 οἶσθα καὶ αὐτός.
IV. 239 ἀλαστήσασα προσηύδα	Μ 163 ἀλαστήσας ἔπος ηὔδα.
IV. 245 ὅπως ἀποθύμια ῥέξω	Ξ 261 θοῇ ἀποθύμια ἔρδοι.
IV. 258 διαπρυσίην ὀλολυγήν	h. IV, 19 διαπρύσιοί τ' ὀλολυγαί.
V. 65 ἑῷ ἐπεβάσατο δίφρῳ	Θ 44 ἑοῦ δ' ἐπεβήσετο δίφρου.[2]
V. 81 ἄγαγε δαίμων	η 248 ἤγαγε δαίμων.[3]
V. 121 ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν	Ζ 358 ἀοίδιμοι ἐσσομένοισιν.
V. 131 τὸ δ' ἐντελὲς ὅττι κε νεύσῃ[4]	Α 527 ὅ τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.
frgm. 37 ἄσπετος ἄλμης	Π 157 ἄσπετος ἀλκή.
frgm. 59 στάδιον δ' ὑφέεστο χιτῶνα	ω 227 ῥυπόωντα δὲ ἕστο χιτῶνα.
(frgm. 289 δανὰ ξύλα . . . . κεάσσαι[5]	ο 322 διά τε ξύλα δανὰ κεάσσαι).
frgm. 312 ἐπικλινὲς δὲ τάλαντον[6]	Τ 223 ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα.
frgm. 428 ὁ μέστιος ἤγαγε δαίμων[7]	η 248 ἐφέστιον ἤγαγε δαίμων.

[1]) cf. Ε 686 ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἔγωγε. Σ 98 ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ.

[2]) = Ν 26, Ω 322 sine δ'.

[3]) idem exitus ξ 386, ω 149, Α 480; cf. ad frgm. 428.

[4]) sic ex Kaibelii coniectura, cf. p. 109.

[5]) si est Callimachi, sed cf. Reitzenstein in Herm. XXVI, p. 310 adn. et Nauck, mél. Gréco-Rom. IV, 182.

[6]) ex coniectura Dindorfi.

[7]) ex coniectura Naekii, cf. ad V. 81.

Callim.:	Hom.:
frgm. 476 τὰ μὲν οἴκοθι πάντα δέδασται[1]	ο 412 δίχα δέ σφισι πάντα δέδασται.
frgm. 493 παρ . . . . ἦεν ἀμύντωρ[2]	Ο 610 ἦεν ἀμύντωρ.

Qua ex compositione apparet non ab omni dubitatione remotas esse virorum doctorum coniecturas ad tres ultimos locos prolatas; certe alia exempla non exstant, ubi Callim. Homerum ita imitatus sit, ut duo verba, quae duos extremos pedes explent, congruerent; immo uno loco hoc evitasse videtur; cf. quae disputavi p. 96.

Una autem exceptio est: I. 96 *δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον* = Hom. h. XV. 9; sed facile intellegitur, cur hic versus excipiatur, nimirum quod sollemnis est formula hymni exeuntis, velut etiam legitur in fine hymni XX. Alia formula est apud Callimachum VI. 134 *χαῖρε, θεά, καὶ τάνδε σάω πόλιν* = Hom. h. XIII. 3. In initio autem versus minus anxie evitavit consensum; cf. Call. III. 200. *ἱερά τε ῥέζουσι* = ε 102; septem enim syllabae in versu exeunte nunquam congruunt; cf. etiam VI. 61 *ἃ δ' ἄλλως μὲν ἔασεν* et Ο 87 *ἡ δ' ἄλλους μὲν ἔασε*; VI. 115 *αἰτίζων ἀκόλως* et ϱ 222 *αἰτίζων ἀκόλους* al.

De *συνεχές* vocabuli scriptura cf. etiam Apoll. Rhod. I. 1271, II. 189 et 738. Nic. Al. 304, 371; Ps.-Theocrit. XX. 12. Homerum manifesto imitatur Orph. Arg. 724

φίλατο δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα συννεχὲς[3]) *αἰεί*

et 1140

βέβριθεν νύκτας τε καὶ ἤματα συννεχὲς[3]) *αἰεί.*

[1]) ex Milleri et Schneideri coniecturis.

[2]) ex Schneideri coniectura.

[3]) sic lib.

III. 51. *ἔδεισαν.*

Aristarchus scripsit *Ψ* 425 *ἔδεισε* et 417 *ὑποδείσαντες*, non ut vulgata habuit *ἔδδεισε* et *ὑποδδείσαντες*. cf. schol. Townl. et V ad *Ψ* 417 *ὑποδδείσαντες· διὰ τοῦ ἑτέρου δ τὸ „ὑποδδείσαντες"*. schol. A ad *O* 123 *περιδδείσασα· διὰ τοῦ ἑτέρου δ αἱ Ἀριστάρχου*. id. ad *I* 154, *O* 31; schol. V ibid.; schol. A ad *K* 258; schol. LV ad *I* 210, schol. A ad *I* 299, id. ad *I* 574. Iam apud Callimachum legimus h. III. 51

αἱ νύμφαι δ' ἔδδεισαν, ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα.

Sic quidem habent omnes editiones, sed A (apud Schneid. ABCFGL Ald.) habet *ἔδεισαν*, ut Wilamowitzius adnotat; atque puto hoc apographum veram Callimachi sententiam servasse, cum etiam *συνεχές* Call. sine geminatione scripsisse videatur. — Frustra autem in hac quaestione aliquid auxilii petivi apud eos viros doctos qui operam contulerunt in eas rationes illustrandas quas Call. secutus est in re metrica, praesertim in brevibus syllabis in arsi productis,[1]) quod omnes modo verba faciunt de productione syllabae in extremo vocabulo.

III. 230. *μείλιον.*

Σοὶ δ' Ἀγαμέμνων
πηδάλιον νηὸς σφετέρης ἐγκάτθετο νηῷ,
μείλιον ἀπλοΐης.

Hoc versu demonstratur Callimachum non eis assensum esse, qui *I* 147 (cf. 289), ubi Agamemno Achillis iram placare studet haec pollicitus:

τρεῖς δέ μοι εἰσὶ θύγατρες ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ,
Χρυσόθεμις καὶ Λαοδίκη καὶ Ἰφιάνασσα·

[1]) Loebe, comment. de eloc. Call., pars altera, Putb. 1874, p. 19, Phrahl. quaest. metr. de Call., dissert. Halensis 1879, p. 38 sqq., Beneke de arte metr. Call., dissert. Argent. 1880, p. 26 sqq., Heep, quaest. Call. metr., dissert. Bonnensis p. 19 sqq.

τάων ἥν κ' ἐθέλῃσι, φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω
πρὸς οἶκον Πηλῆος· ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω
πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔ πώ τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί,

scriberent *ἐπιμείλια* pro *ἐπὶ μείλια*; cf. schol. A *Ἀρίσταρχος ἓν μέρος λόγου παρέλαβεν ὡς ἐπιφέρνια. Ἀπολλόδωρος δὲ διαλύει, ἐπὶ, εἶτα μείλια· οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων. καὶ ἔστι τὸ ἑξῆς ἐπιδώσω μείλια κτλ.* cf. schol. Genav. II et Lehrs[2] l. l. p. 110. Nam ex hoc loco illum vocabulum *μείλιον* petiisse apparet; praeter enim Callimachum tantummodo occurrit apud Apollonium Rhodium, de quo infra verba faciam, et in Anthol. Pal. apud Paulum Silentiarium (VI, 75, 8) et Lucianum (IX, 367, 6). Simul autem videmus illum probasse veriloquium, quo hoc vocabulum referretur ad *μειλίσσω* verbum, cum *μείλιον ἀπλοΐης* esset munus, quo Diana demulceretur, ut finem faceret malaciae. Negavit igitur apud Homerum *μείλια* significare dotem, ut nonnulli grammatici,[1]) sed bene distinxit inter dotem et *μείλια* i. e. ea dona, quae Agamemno supra dotem Achilli dat, ut desistat ab ira sua, quae nominabant *παράφερνα* vel *ἐξώπροικα*. cf. schol. ḂL Townl. ad v. 149: *ἄδηλον εἴτε φερνὴν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ καὶ ταύτας δίδωσιν, εἴτε ἐκτός, ὡς καὶ τὰ ἄλλα δῶρα. ἄμεινον δὲ ἀντὶ φερνῆς αὐτὰς ἡγεῖσθαι.*

Apollonius autem Rhodius quinquies hoc vocabulo utitur: atque propria significatione IV, 1549 de munere, quo di commoveantur, ut praebeant prosperam navigationem; nec prorsus demulcendi vis evanuit III, 135 et 146, ubi dictum est de crepundiis, quibus Amor concilietur a Venere, nec III, 594, ubi Aeetae promittitur a Mercurio *ἐοικότα μείλια τίσειν υἷας Φρίξοιο*, si recepti sint hospites. IV, 1190 autem Apollonius omnino recedit

[1]) cf. Hes. *μείλιον· μείλιγμα. λέγει δὲ τὴν προῖκα, τὰ χαρίσματα.* Apoll. Soph. 110, 19 *λέγει δὲ οὕτως καὶ τὴν προῖκα, „ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω." τὸ γὰρ ἐπί πρὸς τὸ δώσω. ἔνιοι δὲ ἐπιμείλια συνθήκας ἤκουσαν*, cf. etiam Eustath. a. h. l.

ab Homeri usu; ibi enim significant *μείλια χρυσοῖο* ornamenta, quibus decorantur sponsae.

III. 243. *ὁμαρτῇ*.

Sic omnes libri praebent; si hanc habemus Callimachi scripturam, non librarii nescio cuius, dignum videtur quod notetur schol. A ad *E* 656: *τὸ ἁμαρτῇ δασέως· περισπᾷ δὲ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ οἱ πλείους* (*οἱ δὲ περὶ Ἡρωδιανὸν περισπῶσι* B). *ὀξύνει δὲ ὁ Ἀρίσταρχος, βουλόμενος αὐτὸ τοῦ ἁμαρτήδην* (*N* 584) *ἀποκεκόφθαι· διὸ καὶ κατ᾽ αὐτὸν χωρὶς τοῦ ι γεγράψεται· ἐπικρατεῖ μέντοι τὸ περισπώμενον, γενόμενον παρὰ τὸ ἅμα καὶ τὸ ἀρτῶ.* cf. Spitzner, excurs. XII et quos ille laudat locos p. 27, Lehrs. l. l. p. 301 et lexicon Messanense nuper inventum ab Hugone Rabio (Mus. Rhen. 47, 408).

Frgm. 243. *δάϊν*.

Forma *δαΐ* ter legitur apud Homerum: *N* 286 et *Ω* 739 *ἐν δαΐ λυγρῇ* et *Ξ* 387 *ἐν δαΐ λευγαλέῃ*. Ambigui autem erant grammatici essetne ponendus accentus in priore an posteriore syllaba; cf. Herod. in schol. A ad *Ξ* 387 *ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει ὡς Θέτι· οἱ δὲ πλείους ὡς φλεβί ὀξύνουσιν, οἷς συγκατατίθεμαι κτλ.*; Etym. Gud. 133, 1 disiungit: *δαΐς ἡ λαμπὰς ὀξύνεται ἐκ τοῦ δαίω· δάϊς δὲ ἡ μάχη βαρυτόνως.* cf. Orion. 50, 15 et schol. S ad *α* 428. Schol. A autem ad *Ξ* 387 habet: *ὅτι βαρύνεται ἡ εὐθεῖα δαϊς διδασκόμεθα ἐκ τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ αἰτιατικῆς „ἐς δάϊν ὁπλισμὸν ἵππειον“.* (frgm. 243)· *ἡ γὰρ τοιαύτη αἰτιατικὴ βαρυνομένην αἰτεῖ εὐθεῖαν· καὶ τὸ δῇϊς συνομολογεῖ τῷ τόνῳ· τραπέντος γὰρ τοῦ α εἰς η καὶ τοῦ ι πλεονάσαντος ἐγένετο.*

Frgm. 301.

Ἀπούατος ἄγγελος ἔλθοι.

Si Suidas recte haec verba circumscribit: *τουτέστι*

δύσφημος, μὴ ἄξιος τοῦ ἀκουσθῆναι, cum Schneidero statuendum est *ἀπούατος ὑφ᾽ ἕν* scriptum attributum esse ad *ἄγγελος* adiectum, non scribendum esse *ἀπ᾽ οὔατος*, quod nunc legimus *Σ* 272 *αἲ γὰρ δή μοι ἀπ᾽ οὔατος ὧδε γένοιτο* et *X* 454 *αἲ γὰρ ἀπ᾽ οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος*. Quod si ita est, iam Schneiderus adnotavit Callimachum illis assensum esse, qui *ἀπούατον* una voce legerent. cf. schol. D ad *Σ* 272 *τινὲς δὲ ἀπούατον τὸν κακὸν, ἵν᾽ ᾖ τὸν Ἀχιλλέα, ἀντὶ τοῦ εἴθε γὰρ κακὸς ἐγένετο, τουτέστι δειλός.* Eidem autem sine dubio etiam *X* 454 *ὑφ᾽ ἕν* hoc vocabulum scribebant. Atque fortasse haec scriptura redit ad Zenodotum, quem saepius Callimachum secutum esse constat.[1])

His igitur ex locis pauca didicimus, qua ratione Call. quaedam vocabula ex Homeri carminibus hausta scripsisset, quamque scripturam hoc modo commendavisset. In sequentibus autem nonnullos locos contemplabimur, ubi antiqui grammatici dubitaverint **aut quid Homerus scripsisset, aut quo modo id quod scripsisset intellegendum esset.** Atque fortasse nobis continget, ut demonstremus, quid Callim. putaverit de his locis. Similia autem interdum iam tetigimus in antecedentibus (cf. p. 54, 56, 91), proximum locum teneto

I. 55. *ἔτραφες*.

Hoc in versu

καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ᾽ ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ

videmus Callimachum *ἔτραφον* aoristum II. verbi *τρέφω* usurpasse pro intransitivo; id quod non temere fecit,

---

[1]) cf. p. 93 et 97 et Scheer. p. 4 sqq.

sed secutus Homerum, simulque eo consilio usus, ut versu suo non tam delectaret quam doceret. Homerus enim formas *ἔτραφε* *Φ* 279, *ἐτραφέτην* *E* 555, *τραφέμεν* *H* 199, *Σ* 436, *γ* 28 eodem modo adhibuit, ut pro intransitivis stent; hoc autem non ab omnibus intellectum esse demonstrat schol. B ad *Φ* 279 *ὃς ἐνθάδε γ' ἐτράφ' ἄριστος: παροξυτονητέον· τὸ γὰρ τέλειόν ἐστιν ἐτράφη· καὶ μέμνηται αὐτοῦ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς Ξ, ὅπου διαλαμβάνει περὶ τοῦ „διχθάδι' ἢ μεθ' ὅμιλον". καὶ λέγει ὅτι συναλοιφὴν πέπονθε διὰ τοῦ η.* Hanc falsam opinionem non Callimachi fuisse apparet ex forma qua usus est *ἔτραφες*, quam nemo potuit existimare aoristum passivum. Idem videre possumus in frgm. 129

λαθρηδὸν δὲ παρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις
ἔτραφον, αἰράων ἔργα διδασκόμενοι,

ubi formam *ἔτραφον* restituit Meinekius ad h. I. 55.

In *Φ* autem v. 279 *ὥς μ' ὄφελ' Ἕκτωρ κτεῖναι, ὃς ἐνθάδε γ' ἔτραφ' ἄριστος* varia lectio exstabat; cf. schol. A *ἐν ἄλλῳ ἐνθάδε τέτραφ' ἄριστος;* schol. B = Townl. *τέτραφ' ἀντὶ τοῦ ἐτράφη· τὰ γὰρ ἐνεργητικὰ τούτου τοῦ ῥήματος ἀντὶ παθητικῶν τάσσει*, quae scriptura manifesto orta est e similitudine litterarum *Γ* et *T*. Iam Kaibelius vir doctissimus putat Callimachum voluisse expellere formam *τέτραφε* atque ideo eum scripsisse I. 55 *δ' ἔτραφες*, quod nemo legere posset *τέτραφες*.

Id autem quod criminatur Cobetus (Mnem. X, p. 406 sq.), Callimachum temere priorem syllabam vocis *καλός* et longam et brevem admisisse, iam Schneid. I, p. 152 refutavit, qui demonstravit etiam in hac re Callimachum habuisse praecessorem Homerum, cui multae syllabae fuissent ancipites. Immemor igitur Cobetus fuisse videtur eius quod Lachmannus observavit (ad Prop. p. 111) de hac variatione *qua boni poetae saepissime utuntur in repetitione, ne idem vocabulum eodum accentu eademque syllabarum quantitate recurrat.*

Quod autem addidit Hermannus (op. II, p. 284) ad hanc regulam hoc quidem loco non confirmatur.

I. 89 sq.

Οἱ δὲ τὰ μὲν πλειῶνι, τὰ δ' οὐχ ἑνί, τῶν δ' ἀπὸ πάμπαν
αὐτὸς ἄνην ἐκόλουσας, ἐνέκλασσας δὲ μενοινήν.

Iam Schneiderus a. h. l. adnotavit Callimachi animo obversatum esse *Y* 370

ἀλλὰ τὰ μὲν τελέει, τὸ δὲ καὶ μεσσηγὺ κολούει.

Sed non solum imitatus est Homerum, sed etiam interpretatus his versibus; nam verba *ἐνέκλασσας δὲ μενοινήν* nullo alio consilio scripta mihi esse videntur, nisi ut explicent Homericum illud *κολούει*, ut explicavit etiam schol. Townl., cum scripsit *κολούει· ἀτελὲς ποιεῖ ὡς τὸ „ἐνικλᾶν, ὅττι νοήσω".* Atque eodem modo dicit Apoll. Rhod. III, 306

ἦέ τις ἄτη σωομένοις μεσσηγὺς ἐνέκλασεν;

Sed simul etiam aliud discimus e Callimachi loco. Verba enim, quae affert schol. Townl. *ἐνικλᾶν, ὅττι νοήσω*, apud Homerum, qualem nunc habemus, nusquam leguntur, legebantur autem olim in *Θ* 408, qui versus nunc est

αἰεὶ γάρ μοι ἔωθεν ἐνικλᾶν, ὅττι κε εἴπω.

Atque schol. A habet: *οὕτως δὲ γραπτέον, ὅττι κεν εἴπω, οἷον κατακάμπτειν καὶ μὴ ἐᾶν τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένα· καὶ πάλιν ἑξῆς ἐν οἷς ἡ Ἶρίς φησιν, ὅττι κεν εἴπῃ γράφεται* (v. 422) et rursus *Ἀρίσταρχος ὅττι κεν εἴπω.* Iam si Call. habet *ἐνέκλασσας δὲ μενοινήν*, inde elucet illum legisse apud Homerum *ἐνικλᾶν ὅττι νοήσω*, quod suo modo imitatus esset. Atque fortasse hic quoque Call. recepit scripturam Zenodoti.[1] Eandem autem scripturam etiam Eustathium ante oculos habuisse demonstrant, quae dicit a. h. v. 720, 39 *τὸ δὲ ἐνικλᾶν*

---

[1]) cf. ad p. 91.

κατὰ στερεῶν καὶ ὡς ἐῤῥέθη ἀτενῶν σωμάτων λέγεται, ὁποῖα τινὰ ὄντα καὶ τὰ τοῦ Διὸς βουλεύματα ἡ Ἥρα ἐνικλᾶν λέγεται.

II. 53. *ὄϊες.*

Οὐδ' ἀγάλακτες Ὄϊες οὐδ' ἄκυθοι. De veritate huius scripturae dubitari vix potest, quam cum et C et E habeant, in archetypo exstitisse videatur. Apertum autem est Callimachum vitare voluisse tribrachyn *ὄϊες*. Atque iam legimus in schol. ad *ι* 425: *ἄρσενες ὄϊες ἦσαν. Ἀρίσταρχος ὄϊες;* itaque verisimile videtur Callimachum illum Homeri locum spectasse, cum scriberet *ὄϊες*, praesertim cum etiam sententia esset eadem; nam Homerus dicit l. l.

ἄρσενες ὄιες ἦσαν εὐτρεφέες δασύμαλλοι,
καλοί τε μεγάλοι τε, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχοντες.

Quod si verum est, videmus scripturam *ὄϊες* non fuisse coniecturam Aristarchi,[1]) sed ante eum iam exstitisse in nescio qua recensione, fortasse Zenodoti,[2]) cum Aristarchus *πολιτικαῖς* quidem *ἐκδόσεσιν* usus esse non videretur.

Aliena autem ab hac forma est qua utitur Theocritus I. 9

αἴκα ταὶ Μοῖσαι τὰν οἰΐδα δῶρον ἄγωνται,

quamquam Bentleius vir egregius cum Callimachea comparat; nam suo puto iure Ahrensius *οἰΐδα* esse vocem deminutivam contendit in Philol. VII, p. 406 nisus formis velut *ἀμνίς, ἀρβυλίς, χαμευνίς, ὀρυδαμνίς, ἐρωτίς*, quae cur Meinekio alius generis esse videantur, mihi non liquet.

Locum Homericum et Callimacheum nunc Schulzius quoque in quaestion. epic. p. 378 comparat, qui vulgatam lectionem *ἄρσενες ὄιες* depravatam ratus Callimachum putat legisse *ὄϊες ἄρσενες κτλ.*, quod ita illum imitatum esse, ut *ὄϊες* eadem versus sede repeteret; restituit autem Schulzius *στίχον ἀκέφαλον: ὄιες ἄρσενες κτλ.* Qua in coniectura infirmiore fundamento nititur quam licet; nam Call., cum locum quendam imitatur, nequaquam semper eandem versus sedem servat.

[1]) cf. ad p. 29.
[2]) cf. ad p. 91.

III. 27.

Πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. Fortasse legit Call. in *β* 151 *τιναξάσθην πτερὰ πολλά*, quam scripturam habet Heidelberg. P(alatinus) 45[1]) et schol. vulg. apud Buttmannum: *πτερὰ πολλά· ἢ διότι πολλοὺς ἀπέβαλον καὶ τῶν ὑπηκόων, μνηστῆρας δὲ καὶ κήρυκας καί τινας τῶν τοῦ οἴκου.*

Certius autem est, quod iam Scheerius observavit p. 7, e v. 30

ὅτε μοι τοιαῦτα θέαιναι
τίκτοιεν, τυτθόν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης
χωομένης ἀλέγοιμι

apparere illum *ε* 118 legi voluisse, quod nos nunc legimus

σχέτλιοί ἐστε, θεοί, ζηλήμονες ἔξοχον ἄλλων.

In hoc enim versu varia lectio erat pro *ζηλήμονες δηλήμονες*. cf. schol. V *ζηλήμονες, ζηλότυποι· ἢ δηλήμονες, βλαπτικοί*, et schol. E et Eustath. p. 1527, 30 atque etiam in M adscriptum est *ἢ δηλήμονες*.

IV. 80. *παρειήν.*

Ἡ δ' ὑποδινηθεῖσα χοροῦ ἀπεπαύσατο νύμφη
αὐτόχθων Μελίη καὶ ὑπόχλοον ἔσχε παρειήν.

Imitatus est Call. his versibus Homeri *Γ* 33 sqq.

ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν παλίνορσος ἀπέστη

[1]) Ludwich in praef. ad Odysseam p. X: *Hoc pro certo affirmare possum quattuor istis codicibus AFGP recentiores esse omnes, quibus praeterea mihi ipsi uti licuit.*

οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
ἂψ δ' ἀνεχώρησεν, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειάς,
ὣς ... καθ' ὅμιλον ἔδυ Τρώων ... Ἀλέξανδρος.

Atque notandum est illum, cum haberet *παρειήν* femininum generis, legisse apud Homerum *παρειάς*, non *παρειά*, quod Aristarchus scriberet; cf. schol. BL Townl. Gen. I. a. h. l. *Ἀρίσταρχος οὐδετέρως, ἔν τισι δὲ θηλυκῶς. ὁ δὲ Σιδώνιος διὰ τοῦ η διὰ τὸ παρήϊον. τὸ δὲ παρειά ὡς τὸ ἀγαθά κτλ.* Dissentit autem schol. A a. h. l.,[1]) qui dicat *φασὶ μέντοι Ἀρίσταρχον καὶ Ἀριστοφάνην γράφειν παρειάς σὺν τῷ σ, ἐπειδὴ καὶ παρειάων ἁπαλάων λέγει* (*Σ* 123); sed cf. idem schol. ad *X* 491 *παρειαί· Ἀρίσταρχος οὐδετέρως παρειά* et Eustath. 377, 38 *Ἀρίσταρχος δέ, φασιν, ἀντὶ τοῦ, ὠχρός τέ μιν εἷλε παρειὰς, γράφει παρειὰ, οὐδετέρως καὶ ὀξυτόνως.* cf. de hac quaestione La Roche, Hom. Textkrit., p. 332, Ludwich, Arist. hom. Textkrit., I, 481.

Huius autem Homeri loci si memor fuisset Meinekius, haud scio an *ὑποδινηθεῖσα* non fuerit explicaturus p. 186 *quae sub arbore sua choreas duxerat;* nam vides Callimachum hoc vocabulo eleganter reddere voluisse Homericum *ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα.*

Iam vero apud Apollonium Rhodium II, 1216 legimus: *πολέεσσι δ' ἐπὶ χλόος εἷλε παρειάς;* quo ex versu videmus *χλόον* quidem vocabulum partim probasse Apollonium Callimacho; *εἷλε παρειάς* autem hic servare noluit, ne nimis anguste se applicaret ad divinum poetam. cf. p. 85 sq. Simul autem apparet Apollonium quoque *παρειάς*, non *παρειά* legisse.

IV. 215. *ἄρ' ἔμελλες.*

Naekius de Callimachi Hecale p. 32 sq. et Schneiderus I, p. 309 recte ex v. 215 *σὺ δ' οὐκ ἄρ' ἔμελλες ἄπυστος Δὴν ἔμεναι* colligunt Callimachum *E* 205, 686, *Σ* 98 legisse nec *οὐκ ἂρ ἔμελλον*, quod Ven. *A* habet, nec *οὐκ ἄρα μέλλον*, quod Bekkerus edidit.

[1]) cf. etiam schol. Genav. I.

Frgm. 296. *θηλύτατον πεδίον.*

Ad *Φ* 454

σὺν μὲν ὅ γ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
δήσειν, καὶ περάαν νήσων ἔπι τηλεδαπάων

habet schol. A = Townl.: *οὕτως Ἀρίσταρχος, τηλεδαπάων. αἱ δὲ ἀπὸ τῶν πόλεων θηλυτεράων.* Atque itidem ad *X* 45

ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηκεν,
κτείνων καὶ περνὰς νήσων ἔπι τηλεδαπάων

adnotat schol. Townl.: *τινὲς „θηλυτεράων" διὰ τὸ Λῆμνον καὶ Ἴμβρον ὑπὸ θηλειῶν βασιλεύεσθαι. ἀλλ' οὐκ εἰς ταύτας μόνον ἐπωλοῦντο. ἢ εὐγείων. ἀλλ' „οὔ τις νήσων ἱππήλατος οὐδ' εὐλείμων"* (*δ* 607).

Scripturam *θηλυτεράων* Call. quoque videtur legisse.[1]) Eustathius enim p. 1599, 25 ait: *θῆλυς ἐέρση* (*ε* 467), *ἡ τοῦ εὐκαρπεῖν καὶ πολυφορεῖν αἰτία. ὅθεν καὶ Καλλίμαχος* (frgm. 296) *θηλύτατον πεδίον λέγει, τὸ πολύγονον.* Quibus verbis Call. videtur reddidisse et explicasse Homericum *νήσων θηλυτεράων;* nam *θηλύτατον πεδίον* eum voluisse significare fertilem campum apertum est.[2]) Fortasse autem Call. hanc quoque scripturam[3]) habet ex Zenodoti recensione. Cf. etiam de hac voce Scheer. p. 12.

Frgm. 309. *γέντα βοὸς μέλδοντες.*

Scheerius dicit ad hoc fragmentum p. 6: *γέντα βοὸς μέλδοντες fr. 309 ad eam lectionem redire videtur*

[1]) cf. Römer, Über die Homerrecension des Zenod. p. 25.
[2]) cf. *I* 577 *πιότατον πεδίον* et *πεδίον πυρηφόρον* *γ* 495 et Hom. h. in Apoll. Pyth. 50.
[3]) cf. p. 91.

quam Aristarchum probasse tradunt scholl. Φ 363,[1]) κνίσην μελδόμενος, *cum alii* κνίσῃ *alii* κνίση οὐδετέρως *legerent.* Hoc est, ni egregie fallor: Callim. eandem scripturam probavit quam Aristarchus. At contrarium verum est. Nam quanam in re haerebant grammatici antiqui? Passivum positum esse existimabant pro activo, id quod apertis verbis dicit Aristonicus[2]) in schol. A: ὅτι ἀντὶ τοῦ μέλδων, τήκων τὰ κνίση, παθητικὸν ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ, atque pergit schol. γράφουσι δέ τινες κνίσην σὺν τῷ ν· οὕτως γὰρ καὶ Ἀρίσταρχος, καί φησιν ὅτι ἀντὶ τοῦ τηκόμενος, ὅπερ ἰσοδυναμεῖ τῷ τήκων. Quocum conferendus est Apoll. Soph. 110, 32 μέλδειν. τήκειν. κνίσῃ μελδόμενος, ὅ ἐστι τήκων. Alii autem, qui hoc „passivum" cum accusativo coniunctum explicare non poterant, aut κνίσης (cf. schol. A) aut κνίσῃ (schol. B, Townl.) aut κνίσῃ μελδομένου (schol. Townl.) coniecerunt et variis modis interpretati sunt. Atqui Call. si scribit γέντα μέλδοντες, non μελδόμενοι, ipse quoque indicat, activum si esset participium apud Homerum, utendam fuisse formam activam, Aristarcheam igitur scripturam non probavit.

Ad hunc autem Homeri locum prorsus nova nos scholia Genavensia nuper inventa docuerunt, e quibus haec comperimus Callistratum quoque κνίσην μελδόμενος scripsisse atque explicasse: τὴν πιμελὴν τήκων ἁπαλοῦ συός. Iam vero si eandem opinionem prolatam videmus ab Aristarcho et a Callistrato, licet fortasse conicere illam redire ad Aristophanem Byzantium utriusque magistrum. Atque etiam Comanus, quem Naucratitam esse hic discimus, scripsit κνίσην μελδόμενος, "πως κέηται τὸ παθητικὸν ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ, atque is quoque potest esse discipulus Aristophanis; adhuc

---

1) ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ,
κνίσην μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο κτλ.

2) cf. etiam Friedländer p. 2.

enim nihil de eo scimus, nisi hoc non post Aristarchum eum vixisse, cum hic librum Πρὸς Κωμανόν[1]) scripsisset. Tum sequebatur in scholio sententia aliqua Pisistrati Ephesii, quae excidisse videtur, nihilominus autem ne ipsum quidem nomen inutile est; invenitur enim apud Diog. Laert. II, 7, 60 s. f. ὧν (διαλόγων[2])) οἱ μὲν καλούμενοι ἀκέφαλοι σφόδρ' εἰσὶν ἐκλελυμμένοι καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν, οὓς καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε μὴ εἶναι Αἰσχίνου; quo in loco, cum prorsus ignotus esset Pisistratus Ephesius, Röper[3]) legi voluit Mnesistratus Thasius. Deinde autem sequitur in scholio excursus satis longus Hermogenis, qui ἐν τῷ περὶ προβλημάτων hanc sententiam pronuntiavit: „ἐγέγραπτο μελδόμενο καὶ δέον ἦν τὸ ν προσθεῖναι, κακῶς δέ τις τὸ σ προσέρραψεν· ὁ γὰρ νοῦς τῇ κνίσσῃ τηκομένου τοῦ συός." κτλ. Huius igitur sententiam schol. Townl. servasse videtur.

Frgm. 537.

Υ 332 Neptunus adloquitur Aeneam

Αἰνεία, τίς σ' ὧδε θεῶν ἀτέοντα κελεύει
ἀντία Πηλεΐωνος ὑπερθύμοιο μάχεσθαι;

Sed pro ἀτέοντα habent Vind. ἀέκητι, Cant. ἀέκοντα, deteriores χατέοντα. Nauck. scripsit ἀατεῦντα. Quid autem Call. legerit, cognosci potest e schol. a. h. l. (frgm. 537) ἀτέοντα, ἀφροντιστοῦντα. Καλλίμαχος· Μουσέων κεῖνος ἀνὴρ ἀτέει. α autem in hoc verbo breve videtur existimasse, cum vim ei tribueret privativam.

---

1) cf. Didym. ad Α 97, Β 798, Ω 110.

2) Aeschinis Socratici, quem Menedemus contendit Socratis complures dialogos a Xanthippe acceptos professos esse suos.

3) Philolog. III, p. 58.

Frgm. apud Reitzenstein 22.

Apud Reitzenstenium l. l. frgm. 22 p. 10 est ex Etymologico genuino petitum: *Ἀμάλη. ἡ ἁπαλή. ἡ δὲ λέξις Μακεδόνων. ὅθεν καὶ πρόμαλα εἴρηται ἡ πρὸ τοῦ δέοντος αὐξανομένη μυρίκη, μαλεῖν γὰρ τὸ αὔξειν, καὶ ὁ τριχῶν ἔχων αὔξησιν μάλη. ἔστι δὲ ἁπαλή, καὶ τροπῇ ἀμάλη. Καλλίμαχος· „ἡ μόνη ῥύετο παῖς ἀμάλη.“ Μεθόδιος.* Quod Aetiorum frgm. Reitzenstein ita optime emendavit, *⟨κεῖνον δ'⟩ Ἡσιόνη*[1]) *ῥύετο παῖς ἀμάλη.* Atque vocem *ἀμαλός* habet Call. ex Homero, ubi legitur *X* 310

ἁρπάξων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν ἢ πτῶκα λαγωόν.

et *υ* 14

ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα.

Sed apud utrumque locum exstabant variae lectiones; etenim apud priorem nonnulli scribebant *ἄρνα μαλήν.* cf. Eustath. 691, 50 *ἐκεῖθεν δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ τὸ ἄρν' ἀμαλὴν ἐν συναλοιφῇ, ἤγουν τὴν ἀμαλὴν ἤτοι ἁπαλὴν ἄρνα. Τινὲς δὲ ἐκεῖ ἄρνα φασὶ μαλὴν ἐντελῶς ἐν δισυλλαβίᾳ, ὅθεν καὶ παρὰ Θεοκρίτῳ μαλοπάρῃος*[2]) *ἡ ἁπαλοπάρῃος καὶ μαλερὸν τὸ εὔφθαρτον δι' ἁπαλότητα ἢ τὸ μαραντικὸν τῶν ἁπαλῶν σωμάτων ἢ τὸ σκληρὸν κατὰ ἀντίφρασιν κτλ.* cf. etiam Eustath. 1270, 54. Praeterea codd. Lips. et Vind. habent *ἁπαλήν*; *γρ. ἁπαλῇσι* ad *υ* 14 praebet etiam cod. Gonz., cum *ἁπαλοῖσι* habeat Galenus V, p. 304 (K.). Altero igitur certe loco Callim. novit scripturam *ἀμαλήν* vel *ἀμαλῇσι.* Dubii autem erant essetne *α* in *ἀμαλός* *α* privativum an intensivum. cf. schol. B = Townl. et Genav. I ad *X* 310 *ἀμαλήν· ἁπαλήν, κατὰ συγγένειαν τῶν στοιχείων. οἱ δὲ ἅμα τῇ μητρὶ ἀλαμένην, οἱ δὲ τὴν μὴ ἔχουσαν μαλλόν, ὅ ἐστι ἰσχυρόν,* sed Eustath. 1270, 54 *ἀμαλὴν δὲ λέγει*

[1]) cf. Schneid. frgm. 560.

[2]) Id. XXVI, 1, quod nunc *μαλοπάραυος* pomicolor legitur.

ἢ τὴν ἁπαλὴν, ὡς προγέγραπται ἀλλαχοῦ, ἢ τὴν μαλλωτὴν καὶ τριχώδη κατὰ τοὺς παλαιούς. Priorem sententiam amplexum esse Callimachum apertum est.

Ut in his locis e Callimachi verbis concludi potest, quid ille legerit apud Homerum, ita aliis locis **ex Homeri textu** potest **Callimachi scriptura aut explicari aut defendi aut restitui.** Id quod iam factum est III. 240 ad vocem *πρύλιν*, cf. p. 27.

II. 70. *οὔνομα πουλύ.*

Ὦπολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,
πολλοὶ δὲ Κλάριον, πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ.
αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον. ἐμοὶ πατρώιον οὕτω.

De v. 70 Schneiderus haec dicit: *Quid enim impedit, quin Callimachum de sola urbe Claro cogitasse putemus, in qua a multis Κλάριος nuncupatus esset deus, ut mox dicit, ubicunque celebretur Apollo, a multis eum celebrari. nam hoc significare ὄνομα πολύ, non multa Apollini nomina esse, ut vertunt, certissimum est. cf. III. 138 et Eur. Hipp. init., adde Alb. Iahnium apud Krabinger ad Gregor. Nyssen. de Anima p. 165.* Qua in re confidentius locutum esse puto virum praeclarissimum quam verius. Sane enim per se potest significare id quod vult *οὔνομα πουλύ*, hoc in conexu non potest. Nam quos versus adscripsi, transitum faciunt ab Apolline Archegeta vel Ctista (vv. 55—68) ad originem et rationem cultus Apollinis, qualis est in oppido Cyrena (72—96). Iam in vv. 69—71 deliberat, quo nomine illum appellet, utrum Boëdromio an Claro, atque constituit Carneum nominare, quod nomen a patribus sibi sit usitatum.

Atqui hoc in sententiarum conexu leguntur verba *πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ.* Nonne iam apertum est *οὔνομα πουλύ* referendum esse ad *πολυωνυμίαν*, non ad propagata dei sacra, de quo vv. 71 sqq. demum verba facit Call.? Atque firmatur haec mea sententia v. 7 sequentis hymni, ubi Artemis patrem orat:

δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν,
καὶ πολυωνυμίην, ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ.

Sed fortasse dixerit quis, si Call. voluisset intellegi: omnibus tibi locis multa sunt nomina, scripturum eum fuisse *οὐνόματα πολλά*, non singularem. Quod redarguo locis quales frgm. 115

ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ᾽ οἰνηρῆς Χίου
ἀμφορεύς

et frgm. 121

ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ᾽ ἐνιψήσασθε λιπώσας
χεῖρας ἐμοῖς, ἵνα μοι πουλὺ μένωσιν ἔτος.

Atque video etiam Vahlenum virum doctissimum verba sic intellegere, qui, ut demonstret Callimachum saepius digito quasi monstrasse similitudines in aliis hymnis a se scriptis, affert cum I, 92 et II, 30; I, 71 et II, 43 sq., tum II, 70 et III, 7 in ind. lect. univ. Berolin. 1889/90 p. 8 adnot.

Tum autem praestat *πάντη* non intellegere „ubique", sed „omnino", cf. Apoll. Rhod. I, 728

ἄκρα δὲ πορφυρέη πάντη πέλεν

et IV, 370

πάντη νῦν πρόφρων ὑπερίστασο, μή δέ με μούνην
σεῖο λίπῃς ἀπάνευθεν, ἐποιχόμενος βασιλῆας.

et Aristot. *περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς* I, 9 *εἰ γάρ ἐστι τὸ μὲν δυνάμει τὸ δ᾽ ἐντελεχείᾳ τοιοῦτον, πέφυκεν οὐ τῇ μὲν τῇ δ᾽ οὔ πάσχειν, ἀλλὰ πάντη καθ᾽ ὅσον ἐστὶ τοιοῦτον κτλ.*

Verba autem *πάντη δέ τοι οὔνομα πουλύ* circumlocutionem esse vocis *πολυώνυμος*, quae bis legitur in

Hom. hymn. (I. in Apoll. Del. 82[1]) et in V. Cer. 32), iam Aulinus indicavit, qui idem comparavit Dian. 10 *εὐκαμπής* de arcu dictum cum Homerico *παλίντονον, καμπύλον.* Ap. 37 *θήλειαι* de Phoebi genis cum *ἁπαλαί.*[2]) De Mercurio autem *Ἀκακησίῳ* aliter rem se habere demonstravimus p. 66 sq.

III. 178. *προγένοιντο.*

In v. 178

Ἦ γάρ κεν γυιαί τε καὶ αὐχένα κεκμηνῖαι
κόπρον ἔπι προγένοιντο

Wilamowitzius primus scripsit *ἐπιπρογένοιντο ὑφ᾽ ἕν* quod probavit Nigra, ego autem hac quidem in re sequi nequeo virum egregium. Habent sane, ut Schneiderus adnotat, libri ABCI item *ἐπιπρογένοιντο* i. e. videtur exstitisse in apographo Aurispae; sed in tali quaestione codices nimirum nullius sunt momenti. Atqui *προγίγνεσθαι* verbum manifesto Call. habet ex Hom. Σ 525, quem locum iam Schneiderus arcessivit:

δέγμενοι, ὁππότε μῆλα ἰδοίατο καὶ ἕλικας βοῦς.
οἱ δὲ τάχα προγένοντο, δύω δ᾽ ἅμ᾽ ἕποντο νομῆες.

Hunc locum Callimachum respexisse nemo negaverit, qui animadvertit *προγίγνεσθαι* verbum apud utrumque poetam cum eodem versus loco positum, tum de pecoribus dictum esse. Iam vero quaeritur, sitne ausus Call. ad *προγένοιντο* addere terminum *κόπρον ἔπι.* Atque equidem eum addidisse persuasum habeo idque nisum versu aliquo Homericorum hymnorum, quos quoties ille imitatus sit, inter omnes constat; qui versus est h. VII, 7

τάχα δ᾽ ἄνδρες ἐϋσσέλμου ἀπὸ νηὸς
λῃσταὶ προγένοντο θοῶς ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

---

1) de eodem Apolline.

2) non igitur Call. interpretatus est ut Doederlinus sub numero 344: *mehr frische und volle, kräftige Wangen, als zarte.*

Ceterum in Callimachi carminibus nobis servatis non plus quattuor verba exstant, quae binis praepositionibus coniuncta sunt: III, 223 *συνεπιψεύσονται*; IV, 179 *ἀμφιπεριστείνωνται*, 207 *ἐξανίῃσιν*, frgm. 19 *εἰσανέβαν*.[1]) Quae cum ita se habeant, recte Wilamowitzium communem scripturam mutasse nego.[2])

III. 243.

Αὐταὶ δ', Οὖπι ἄνασσα, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
πρῶτα μὲν ἐν σακέεσσιν ἐνόπλιον, αὖθι δὲ κύκλῳ
στησάμεναι χορὸν εὐρύν· ὑπήεισαν δὲ λίγειαι
λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ.

Sic versus exhibentur in E apographo, A habet *ἵνα πλήσωσιν ὁμαρτῇ*. Arnaldus autem et Reiskius correxerunt *πλίσσωσιν*, quae coniectura omnibus probata est; mihi non placet. Quodsi Call. scripsisset, immemor fuisset dictionis Homericae; hic enim hoc vocabulo semel utitur ζ 318

αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.

Sed ut vides medio utitur genere, non activo; deinde dicit de mulis currentibus, Callimachum autem, si transtulisset ad Amazones saltantes, haud ita eleganti genere scribendi usurum fuisse mihi concedas. Quae opprobria nimirum non irrita fiunt eo loco, quem Schneiderus a. h. v. citat ex Hesych. III, p. 347 *πλίξαντα· διαβάντα.*

Iam vero apparet Callimachum, cum Amazones saltantes describeret, ante oculos habuisse saltationem illam, quam in Achillis scuto effictam Homerus narrat Σ 569 sqq.

[1]) cf. etiam Bredau l. l. p. 92.

[2]) cf. schol. A ad Δ 94 „*τλαίης κεν Μενελάῳ ἔπι προέμεν ταχὺν ἰόν.*“ *Ἀρίσταρχος ἀναστρέφει, ἵνα τὸ ἑξῆς γένηται ἐπὶ Μενελάῳ, ὡς καὶ ἐπ' ἐκείνου* „*ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ ἴθυνεν*“ (χ 8). *Μενεκράτης δὲ ὁ Μιλήσιος ὑφ' ἕν, ἐπιπροέμεν, ὁμοίως τῷ ἐπιπροΐηλε καὶ ἐπιπροέηκε, ἵν' ἔμφασις μᾶλλον γένηται.*

τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

quibus in versibus totum fere Callimacheum reperis *ὑπήεισαν δὲ λίγειαι λεπταλέον σύριγγες*; praeterea Call. in usum suum convertit *ὁμαρτῇ* et, quod tu nunc iam praesenseris, *ῥήσσοντες*. Equidem igitur pro certo duco illum scripsisse *ἵνα ῥήσσωσιν ὁμαρτῇ*. *πλήσσωσι* autem glossa erat adscripta, quae ob litterarum aequalitatem facillime haberi potuit correctio, sicut etiam nunc videre possumus in h. IV. 322 *ῥησσόμενον* eodem modo usurpatum explicatum esse a scholiasta per *πλησσόμενον*. Sententiam autem si respicis, cf. h. IV. 306

αἳ δὲ ποδὶ πλήσσουσι χορίτιδες ἀσφαλὲς οὖδας.

Sin quis exempla desiderat productae brevis vocalis ante ϱ in thesi, en habet: I. 16, III. 59, 200, IV. 159, 206, V. 77, ep. 43.

Denique conferas etiam Apoll. Rhod. I. 538 sq.

στησάμενοι φόρμιγγος ὑπαὶ περὶ βωμὸν ὁμαρτῇ[1])
ἐμμελέως κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν.

Vides Callimachi et Apollonii locos esse simillimos, ita ut statim suspiceris rursus illum hunc correxisse, quod saepius factum esse iam vidimus.[2]) Iam Apollonius scripsit *πέδον ῥήσσωσι πόδεσσιν*, qua in elocutione ni fallor Call. eum vituperat, quod addiderit *πόδεσσι*, cum verum Homericum esset absolute verbo *ῥήσσειν* uti; nam sic eum scripsisse in Σ 571, atque sic etiam legi in h. in Apoll. Pyth. 338

οἱ δὲ ῥήσσοντες ἕποντο
Κρῆτες πρὸς Πυθὼ καὶ ἰηπαιήον' ἄειδον.

Sin autem addere vellet *πέδον*, tum ei dicendum fuisse

[1]) De *ὁμαρτῇ*, quam formam legerunt et Call. et Apollon., et *ἁμαρτῇ*, quae est Aristarchi scriptura, cf. Scheer. p. 7.

[2]) cf. ad p. 23.

non ῥήσσειν sed πλήσσειν, id quod ipse demonstrat h. IV. 306 versu supra citato.

IV. 4. εὔυμνοι.

Ἡ μὲν ἅπασαι
Κυκλάδες, αἳ νήσων ἱερώταται εἰν ἁλὶ κεῖνται,
εὔυμνοι· Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι.

De hoc loco verba fecit Vahlenus vir doctissimus in ind. lect. univ. Berol. 1889 recteque ex Hom. h. in Apoll. Del. v. 19

πῶς τ' ἄρ σ' ὑμνήσω πάντως εὔυμνον ἐόντα;

demonstravit εὐύμνους Cycladas non esse, quae multum carminibus laudatae essent, sed quod multa haberent digna, quae carminibus poetae prosequerentur.

IV. 78. πεπάλακτο.

Miretur aliquis, qui ex Homero scit παλάσσειν significare aut sortiri aut conspergere, si legit apud Callimachum in h. IV. 78, ubi narratur et oppida et flumina fugisse Latonam parituram

ὃ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ,

et fortasse aliquis incidat in mutationem facillimam πεπάτακτο, praesertim cum viderit Aristotelem meteorolog. III. 1. dicere de fulmine: ὃ ἐὰν πατάξῃ, διέστησεν, ἐπέκαυσε δ' οὔ. Sed haec coniectura ut esset facillima, ita etiam levissima; nam πεπάλακτο certo Callimachi est. Iam vero quid significat? Atque hac in re haud scio an nemo adstipuletur Doederlino, qui in Homerico glossario sub numero 2366 praemissis locis ex Homero velut Il. XVII. 297, Od. IX. 290, XIII. 395 dicit: *„Auch Callim. Del. 78 ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ bezieht sich auf die dunklen Flecken, die der vom Blitz getroffene Körper behält.“* Lobeckius autem Pathol. p. 88 ait παλάσσω verbo praestructum esse πάω i. e. παίω, itaque πεπάλακτο hoc loco idem esse putat atque ἐπέ-

πληκτο, id quod probavit Bredavio p. 80. Sed Call. puto hanc etymologiam nihil curasse, immo hoc verbum ex solo Homero et cognovit et interpretatus est, sicut in h. V. 7

οὐδ' ὅκα δὴ λύθρῳ πεπαλαγμένα πάντα φέροισα
τεύχεα τῶν ἀδίκων ἦνθ' ἀπὸ Γηγενέων

manifesto Homeri vestigia premit; cf. e. g. Λ 169 = Υ 503 λύθρῳ δὲ παλάσσετο χεῖρας ἀάπτους, χ 402 = Ζ 268 αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον. Itaque ne in Ernestii quidem vel Schneideri interpretatione acquiesco, qui vertunt *fulmine foedatum, turbidum,* quamquam bene Ernestius primus vidit παλάσσειν *cum effectu dictum esse, quia sermo esset de fluvio;* nam haec metonymia, qua persona et res ita permiscentur, ut, si sermo est de re, nominetur persona, si sermo est de persona, nominetur res, in deliciis erat Alexandrinis poetis. Sic hoc loco Call. loquitur de deo Asopo, ad quem solum quadrat βαρύγουνος, sed tamen simul dicit aquam fluminis Asopi inquinatam esse fulgure.[1])

Alia huius metonymiae exempla e Callimacho hausta haece sunt: ep. V. 5

εἰ δὲ Γαληναίη, λιπαρὴ θεός, οὖλος ἐρέσσων (nautilus)
ποσσί νιν, ὥς τ' ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται

et h. V. 47

σάμερον αἱ δῶλαι τὰς κάλπιδας ἢ 'ς Φυσάδειαν,
ἢ ἐς Ἀμυμώναν οἴσετε τὰν Δαναῶ.

Ceterum constat elegantissime de hac re egisse Hauptium op. II. p. 169 sqq.

Sed ut revertar ad παλάσσειν verbum, dico etiam hoc loco in quarto hymno Callimachum usurpasse ad exemplum Homeri, aut certe illum se Homerum sequi opinatum esse. Si enim quaeres hoc verbum apud

---

[1]) id quod adeo placuit Nonno, ut imitaretur in hunc modum XLVII, 532

οὔ σε διδάξω
Ἀσωπὸν βαρύγουνον ἔτι ζείοντα κεραυνῷ.

Apoll. Soph., invenies p. 126, 35 *παλάξαι· μαλάξαι Ἀπίων καὶ συνθραῦσαι. ἔστι δὲ μᾶλλον βρέξαι, ἀφ' οὗ καὶ πῆλος ἡ βεβρεγμένη γῆ*, ex quo Hesychius habet *παλάξαι· βρέξαι· ἔνθεν καὶ πηλὸς ἡ βεβρεγμένη γῆ· ἢ μαλάξαι, συνθράσαι.* Haec autem interpretatio spectat aut ad *Λ* 98 = *M* 186 = *Y* 400 *ἐγκέφαλος ἔνδον ἅπας πεπάλακτο*, id quod Ebeling. putat, aut ad *P* 387

καμάτῳ δὲ καὶ ἱδρῷ νωλεμὲς αἰεὶ
γούνατά τε κνῆμαί τε πόδες θ' ὑπένερθεν ἑκάστου
χεῖρές τ' ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρναμένοιιν.

Iam vero mihi verisimillimum videtur non Apionem primum hanc interpretationem protulisse, sed ante eum iam illam exstare; atqui si Call. locos illos modo citatos ipse quoque intellexit ut Apio, etiam *παλάσσεσθαι κεραυνῷ* ad Homeri exemplum dixisse sibi visus est.

V. 31. *ἀποπέκειν.*

Οἴσετε καὶ κτένα οἱ παγχρύσεον, ὡς ἀπὸ χαιτᾶν[1])
πέξηται λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον.

Hoc in disticho verbum *ἀποπέκειν* viris doctis multos scrupulos movit. Schneiderus enim cum olim in Philol. VI, p. 506 *ἀποπέκεσθαι* nihil nisi pectendo auferre ratus coniecisset *ὑπό* scribendum esse, ut significaret *leviter et sine praecipua aliqua cura pectere crines*, tum in editione huius opinionis eum paenituit et *ἀποπέκεσθαι* interpretatus est *pectendo ab omni sorde purgare*, id quod de crinibus sane permire dictum esset, etsi non nego in universum *ἀπό* praepositionem hanc purgandi, ut ita dicam, significationem induere posse. Deinde exstitit Mauricius Schmidtius, qui in Mus. Rhen. XX, p. 468 diceret pro *ΑΠΟ* scribendum esse *ΑΙΟ* i. e. *ἔο*, atque post hunc Meinekius proposuit *ὡς ἄρα*. Sed non opus est coniecturis; puto enim Callimachum

[1]) sic recte mihi videtur coniecisse Kaibelius; cf. Pind. Pyth. IV. 82; libri *χαίταν* aut *χαίτης*.

usurpasse verbum *ἀποπέκεσθαι*, ut redderet Homericum *πλοκάμους ἔπλεξε ἐκ κράατος* quod, legitur *Ξ* 177

τῷ ῥ' ἥ γε χρόα καλὸν ἀλειψαμένη, ἰδὲ χαίτας
πεξαμένη, χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινοὺς
καλοὺς ἀμβροσίους ἐκ κράατος ἀθανάτοιο.

Similitudinem quae intercedit inter hunc locum, ubi narratur Iuno se exornavisse et compsisse, ut Iovem deciperet eiusque oculos a pugna deverteret, et Callimacheum iam Ernestius observavit, atque Meinekium quoque video illum locum citare, sed ipsa verba *ἐκ κράατος*, in quibus rei momentum positum est, omisit. Apertum autem est praepositiones *ἐκ* et *ἀπὸ* apud Homerum Callimachumque eandem imaginem nobis ante oculos ponere; scilicet si quis aut pectit capillum aut nectit *πλόκαμον*, manus amovet a corpore usque ad extremas comas.

V. 131.

Libri hoc loco habent:

Ὣς φαμένα κατένευσε· τὸ δ' ἐντελὲς ᾧ κ' ἐπινεύσῃ
Παλλάς κτλ.

Atque Schneiderus primus locum corruptelam contraxisse suo iure contendit; dicit enim: *dativus ei verbo* (*ἐπινεύειν*) *appositus eum significat, cui quid promittitur, res autem, quam quis promittit, accusativo significanda est;* quae sine dubio recte cogitata sunt. Iam Schneiderus ipse citavit Hom. *Α* 527, ubi Iuppiter dicit

οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλὸν
οὐδ' ἀτελεύτητον, ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω,

neque dubitari potest, quin hunc locum Call. ante oculos habuerit.[1]) Iam vero cum *ὅ κ' ἐπινεύσῃ*, quod fortasse restituas ex Homero, restitui nullo modo posset, Schneiderus coniecit *ὥς κ' ἐπινεύσῃ*. Sed Homerus ipse medelam nobis suppeditat, id quod vidit Kaibelius,

[1]) cf. etiam v. 135 *κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει ψεύδεα.*

praeceptor humanissimus; scribendum enim est ὅττι κε νεύσῃ. cf. qui Homerum ipse quoque imitatur, Eurip. Alc. 978

καὶ γὰρ Ζεὺς ὅ τι νεύσῃ,
σὺν σοὶ τοῦτο τελευτᾷ.

Quo autem modo orta sit corruptela, facillime mea quidem sententia explicatur; scriptum enim erat omissis litteris *TTI*, quae a *ΠΙ* vix discerni possunt, $\overset{TTI}{OKENEYCHI}$; tum male πι post κε insertum est, quo facto ὁ in ῷ mutari necesse erat. — Haec Kaibelii emendatio certa mihi esse videtur. Wilamowitzius distinxit ῷ κ' ἔπι νεύσῃ, sed desidero huius dictionis exempla.

Frgm. 43.

Αἴθ' ὄφελες θανέειν ἢ ὕστατον ὀρχήσασθαι.

Ita Bentleius emendavit ex θανεῖν et πανύστατον, quae sunt in libris Suidae. Schneiderus autem Naekii coniecturam πάννυχον (secundum cod. C πάνυχον) recepit, cum θανέειν et ὕστατον ὀρχεῖσθαι idem plane significaret; sed haec puto nulla ei causa fuisset, si vidisset cum Aulino p. 24 hunc versum ad imitationem effictum esse v. ε 308

ὡς δὴ ἐγώ γ' ὄφελον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Sed haec hactenus. Restat, ut gratias agam Georgio Kaibelio, qui, ut me ad hanc quaestionem tractandam adhortatus est, ita disputationem scribentem consilio iuvit et sublevavit.

Conspectus locorum.

H. I. v. 3	p. 50	H. III. v. 90	p. 20
4	76, 1	112	25
6	76, 1	117	50
10	82	133	26
14	80, 1	143	66
16	105	146	30
34	55	150	23; 85
43	66	167	76
52	**11**; 28	178	103
53	56	197	80, 1
54	80, 1	200	87; 105
55	50; 51, 1; 91	213	63
59	50	223	104
60	52	224	23; 85
62	50	230	85; 88
68	13	240	27
69	82; 85	242	57
70 sqq.	51	243	29; 90; **104**
71	102	247	11
89	93	H. IV. v. 3	23; 85
92	102	4	106
96	87	12	23; 85
H. II. v. 5	46	14	23; 85
18	85	27	29
20	82, 1	37	80, 1
26	51, 1	38	50
30	102	49	82
36	51, 1	59	47
37	103	78	106
43	102	79 sqq.	60
47	80, 1	80	95
53	94	104	76
60	84 sq.	134	30
65	24	135	85
70	101	159	105
76	10	165	51, 1
91	82	167	23
105	24	171	51, 1
112	14	176	46
H. III. v. 7	102	179	104
10	103	206	105
27	95	207	104
30	95	211	85
41	85	215	86; 96
51	88	216	30
53	16, 1	220	50
59	105	225	86
61	**15**; 57	239	86
73	85	245	86

H. IV. v. 257 p. 47
258 86
268 76, 1
282 70
286 44
302 8; 10
304 29; 57
311 32
H. V. v. 7 107
31 108
33 33
47 107
60 59
65 86
77 105
81 86
87 33
121 86
131 86; **109**
133 62
H. VI. v. 37 47
38 78
47 79
52 34
58 **36**; 50
61 87
64 23
67 80, 1
74 37
102 37
115 87
120 40
134 87
135 58
Epigr. 5 11; 13; 70; 107
8 83
43 105
52 50
61 16, 1
Frgm. 19 104
34 47
37 23; 86
43 110
59 86
66 f. 67
Frgm. 103 p. 81
115 14; 102
121 102
124 77
126 71
129 92
135 40
140 9
167 78
190 41
195 53
206 35
215 82
218 60
243 90
252 b. 82
289 86
290 42
296 97
301 90
302 79
309 97
312 86
336 81
341 81
348 32, 2
370 60
418 43
428 86
465 53; 82
468 37
476 87
492 43
493 87
507 8
524 69
537 99
549 82
560 100
Frgm. anon. 28 45
332 68; 70
Frgm. ap. Reitzst. 20 44
22 100
25 45